Omen

M.AN. Omine:ex hoc apparet tam in re q̃ uerbo eſſe omẽ:quod & Valerius quoq; demonſtrat. Te-

neo te:captã.ſ. Fataliter:fatali neceſſitate. Ex Cornelio℞ genere:Scipionum gente:ob duos Scipiones: Quorum alter tributariam Carthaginem reddidit:alter funditus ſuſtulit. Salutiõi: Plutarcus ſalutionẽ ſcribit.Pli.a mimo quodam illi id nomen datum affirmat:quum Gn.p̃nomen illi antea fuiſſet.Sed Plinii locus in ſeptimo corrigendus.ubi ſalum hominus pro ſalutio mimus mendoſe legitur. Eſt deſtinato.ut antea deſtinaſſet. Ab itinere:quum alio iter intenderet:uel ſtatim qđ ad hoſtẽ ſit uentũ nondũ capto caſtris loco. Cunctantior:timidior:minus audax.Quin caſtris quoq; exueret:niſi caſtra quoq; hoſti quem uiciſſet acie adimiſſet. In primis ſuũ:equũ.ſ.id in eluetios pugnaturus feciſſe dicitur. Auxilio fugæ:qđ in equi pernicitate eſſe potuit. Pedibus prope humanis:de prodigioſa equi forma Plutarchus & Plinius plura:ſed Plinius anteriores tantum pedes in ſpeciem ait humani pedis fuiſſe figuratos.

ris alterius primus aſcendit:cuius etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit.

De uirtute eius in acie inclinata reparanda.

INclinatã aciẽ ſolus ſæpe reſtituit: obſiſtẽs fugiẽtibus:retinẽſq; ſingulos:& cõtortis faucibus cõuertens in hoſtem.& quidẽ adeo plerũq; trepidos:ut aquilifero moranti cuſpide ſit cõminatus.alius in manu detinentis reliquerit ſignum.

De conſtantia & ſeueritate eius contra Caſſium.

NOn minora illa cõſtãtiæ eius:imo maiora etiã idicia fuerunt poſt aciem pharſalicã:cũ præmiſſis in aſiam copiis p anguſtias helleſponti uictor nauicula traiiceret.L.Caſſiũ partis aduerſæ cum.x.roſtratis nauibus obuium ſibi neq; refugit:& cominus tendens ultro ad deditionem hortatus ſupplicem ad ſe recepit.

De mira euaſione eius nando.



ALexãdriæ circa oppugnationẽ põtis eruptiõe hoſtiũ ſubita cõpulſus i ſcaphã pluribus eodẽ p̃cipitãtibo cũ d̃ſiliſſet i mare nãdo p ducẽtos paſſus euaſit ad p̃ximã nauẽ elata leua:ne libelli quos tenebat madſie

PHI. Inſtar:effigiẽ confimilẽ. Pro æde:ante ædẽ hoc ẽ templũ. Veneris genitricis:Venerẽ cognomine genitricem colebat Cæſar tanq̃ ab ipſa oriundus p̃pter iuliũ aſcanium ueneris nepotẽ:quẽ iulia gẽs ſui noĩs auctorẽ hẽt.Appiãus in ſcđo erexit.& ueneri gẽitrici tẽplũ ut prius ad pharſalõ uonerat p̃liũ initurus.

Aqlifero:aqliferi dicunť ſigniferi in rõana militia ab aqla:quã romãis legiõibus Caius marius i ſcđo cõſulatu ſuo p̃prie dicauit habuerunt & romãi p̃ter aqlã q̃tuor alia ſigna uidelicet lupos miotaurus:equos:apros:q̃ ſingulos ordĩes anteibãt. auctor Pli.i x.refert uegetius primũ ſignũ totius legiõis eſſe aqla:quã aqlifer portat idẽ dracõarios appellat ſigniferos a draconibus q p ſingulas cohortes ferebãť ad p̃liũ. factũ ẽ aũt hoc i africo bello:ut Cæſar aqliferũ fugientẽ ad prios reuocaret:& eius cõllũ intorqueret dicens hic: hic ſũt aduerſarii. Valerius i tertio. Cæſar legiõis martiæ aqlefe℞ ineũdæ fugæ gr̃a iã cõuerſum:faucibus cõprehẽſum in cõtrariã ptẽ detraxit:dexteráq; ad hoſtem tendes quorſum tu inqt abis:illic ſũt cum qbus dimicamus:idẽ teſtis ẽ Cæſarẽ ancipiti aduerſus neruios prælio detraxiſſe ſcutũ militi timidius pugnãti:quo fcõ labãtẽ belli fortunã diuino animi ardore reſtituit. Contortis faucibus:itortis p mãus iniectionẽ.refert Pli.fauces fuiſſe itortas metello a tribũo plæbis catinio labeone:ut ſanguis p aures exp̃ſſus flueret:ſummũ gulæ fauces uocanť ut:docet idẽ Pli.in.xi.fauces p tranſlationẽ re℞ quoq; inanimata℞ dicunť. Cicero emiliũ ſedentẽ in faucibus metelli loq palã. Reliquerit ſignũ in cõmẽtariis ſcriptũ legimus.q Cæſar ſigna fugientiũ manu p̃hendebat.& conſiſtere iubebat:adeo ut alii dimiſſis eqs cõficerent curſum. alii ex metu ẽt ſigna dimitterent. Per anguſtias helleſpõti:mare anguſto meatu europã ſepat ab aſia:quod interuallũ ſeptẽ eſt ſtadiorũ has anguſtias helleſpõtum uocant nomine indito ab helles puellæ caſu.hac xerxes perſarum rex conſtrato i nauibus ponte duxit exercitum.cæſar cum ad helleſpontum perueniſſet ſequens Pompeium fugientẽ:hũit obuiũ.L.caſſium cũ triremiũ claſſe ad pharnacẽ properãtẽ:qui cũ cæſarẽ debellare poſſet tñ fœlicitate illius cõterritus eſt.ſupplexq; impetrata uenia naues oĩs illi tradidit.Exiſtimat Appianus.hoc aſcribendum haud dubie eẽ cæſaris fœlicitati:ut.ſ.caſſius uir bellicoſus magna claſſe inſtructus nõ auſus ſit conferere

Aqliferi

Caſſiũ expauit cæſar

manũ cũ cæſar ĩ ſcapha nauigãte:quã poſtea rõæ ĩpãtẽ ñ extimuit ĩ ſenatu trucidarꝰ.Nõ tñ mirãdũ ẽ ſi cæſaris tũc expauit maieſtatẽ.cuius nomẽ ut ait.Plu.reges idoꝝ & pthoꝝ nõ ſinebat cape ſõnũ illud quoq; cuidã peculiari Cæ.fortũæ attribuẽdũ uĩ:q cũ dimicaret ĩ gallia & ab hoſte dirreptus ex equo aſportaret occurrit ex hoſtibus qdã q Cæſar ẽ noſcebat:& ĩſultãs raptori ait.cecos Cæſar:qđ galloꝝ lĩgua ſignĩat dimitte Cæſarẽ:& ita factũ ẽ ut dimitteret.hoc ſcripſit Cæ.ĩ ſua ephemeride. Roſtratis nauibus:roſtrãt naues roſtro ferreo.uñ roſtratæ dictæ:q firmiores ſũt & ĩ nauali ꝑlio ad cõfligẽdũ utiliores.Roſtra nauibꝰ primus addidit piſeus. Cominus:ꝓpe. In ſcaphã:ſcaphæ ſũt nauiculæ q maiores naues cõſequunt.

M.AN. Inſtar:effigiẽ ad illius æquationem. Pro æde:ante ædẽ.Papinius:Cedat equus latiæ qui contra tẽpla diones:Cæſarei ſtat ſede fori.Plinius quoq; ante ædem effigiem ipſam locatã fuiſſe ſcribit. Cõtortis faucibus:ui in hoſtem cũ ignauiæ exprobratione reflexis.Plutarchus hoc adiicit dyrrachina pugna paꝝ abfuiſſe:quin Cæſar a milite:quẽ in hoſtẽ niteretur conuertere:ſit repente cõfoſſus. Aquilifero moranti:Appianus auctor eſt eo prœlio:quo Cæſar Labienum & petreiũ in Aphrica uicit Aquiliſeꝝ fugientẽ in primã aciẽ ab eo uiolẽter retractũ:& ad Dyrrhachiũ aliũ ſignũ ĩ cõtrariũ uerſo occidi iuſſũ. Alius ĩ manu:qui non pateret eũ loco decedetur. Traiecit:traiicio copias helleſpõto:Helleſpontũ:& ſæpe & eleganter ab aliis uſurpatũ:Sed tranquillus neutrũ dixit. Decẽ roſtratis nauibus:ab forma ſic dictis.Appianus octoginta cũ caſſiũ triremes habuiſſe ſcribit:nec Luciũ:ſed.C.Caſſiũ fuiſſe:qui poſtea cũ Bruto in cæſarem coniurauit. Eodem præcipitantibus:præcipitanter compulſis.

PHI. Paludamentum mordicus trahens:ſcribũt hiſtorici cæſarem in alexandrino bello:cum in mare deſiliſſet aliquã diu enataſſe:alexandrinoſq; ueſtem illi ademptã in trophei modũ erexiſſe.Suetonius uero ſentire uidetur a Cæſare ueſtẽ militarem ex manibus hoſtium ſubductã fuiſſe. huius hiſtoriæ meminit Plutarchus his uerbis conſtituta ad pharon pugna quãdam ex aggere ſchaphã inſiliit.ut decertantibus ferret auxiliũ: Aduolãtibus autẽ undiq; in eũ egyptiorum nauibus ſe in mare deiiciens ſummo cũ labore uix enatauit.tunc quoſdã tenens libellos q̃q̃ undiq; peteretur mergeret ue ne omiſiſſe quidem dicitur:

rẽt:paludamẽtũ mordicus trahẽs ne ſpolio potiret hoſtis.

De probatione & diſciplina eius in milites.

MIlitẽ neq; a moribus:neq; a fortũa ꝓbabat:ſed tãtũ a uiribus:tractabatq; pari ſeueritate atq; idulgentia.nõ.n.ubiq;ac ſemp ſed cũ hoſtis ĩ ꝓxĩo eẽt coercebat:tũ maxĩe exactor grauiſſimus diſcipliæ:ut neq; itineris neq; ꝑlii tp̃s denũciaret:ſed paratũ & intẽtũ momẽtis oĩbus quo uellet ſubito educeret.qđ etiã ſine cã plærũq; faciebat ꝓcipue pluuiis ac feſtis diebus:ac ſubinde ſe obſeruãdum admonẽs repente interdiu:uel nocte ſubtrahebat:augebatq; iter:ut ſerius ſubſequentes defatigaret.

De eodem.

FAma uero hoſtiliũ copiaꝝ perterritos nõ negando minuendoue:ſed inſup amplificando:emẽtiẽdoq;

at eis a mari ſublatis in altũ altera nataſſe manu.continuoq; ſchapha in fundum eſt deiecta. Mordicus: hoc eſt morſu & dentibus aduerbiũ eſt:Plautus in curgulione:manũ arripuit mordicus.Idẽ dixit mordicibus pro morſibus eſt & morſicatim a morſu deriuatum. **Paludamẽta paludati** Paludamentum:paludamẽta ſunt inſignia ac ornamenta militaria.Ideo cũ ad bellũ exiit imperator dicitur proficiſci paludatus. Cicero in piſonẽ & gabiniũ exierũt duo paludati uulturii.lictores quoq; erãt paludati liuius cũ palidatis lictoribus profectus ab urbe brunduſiũ uenit.a palã dicta paludamenta:propterea quod conſpiciuntur illi : qui ea habent ac fiunt palã.auctor Mar.Varro:Pli.in.xxii.tradit coccũ fuiſſe dicatũ paludamẽtis imperatoris.paludati ut ait feſtus armati. Militẽ neq; a moribus:ſecus ſcribit ipſe in ſeptimo cõmentario dicens.nõ minus ſe ab milite modeſtiã & cõtinentiam q̃ uirtutem atq; animi magnitudinem deſiderare.Vegetius quoq; tradit milites moribus excellere debere:honeſtas.n.idoneum militem reddit.& uerecundia dum prohibet fugere facit eſſe uictorem. Neq; a fortuna:ab opulentis:& quia fortuna per omnia humana tum maxime in res bellicas eſt potens. **Indulgẽtia** Indulgentia:ſeueritati opponitur per antitheton indulgentia accipitur pro facilitate benignitateq; & leni conceſſione.Quintilianus in primo mollis illa educatio quã indulgentiam uocamus.inde indulgentiſſimi imperatores dicti:ſicut gratianus ab auſonio indulgentiſſimus nuncupatur: ꝗ ſint beneficii propenſiq; ad gratificandũ.& apud hiſtoricos indulgentiæ imperatoriæ identidẽ memorantur Plinius in panegyrico ait.Quem non fortunæ indulgentiæ moliant. Exactor diſciplinæ:coactor extorror repetitor militaris diſciplinæ.Nam ut inquit eleganter marcus iuriſconſultus:officium regentis exercitũ non tantũ in danda ſed etiã in obſeruãda diſciplina cõſiſtit. Sed paratũ & intẽtũ:Paulus emylius iubebat milites. ἡσυχίαν ἔχειν καὶ ποιεῖν ὀξείας τὰς μαχαίρας μόνον αὐτῶν· τὸν ἄλλον μέλειν.i.qeſcere & gladios ſolũmodo acutos facere:ſe.n.reliqua curatuꝝ. Pluuiis diebus:tali. n. tẽpore nõ credũt milites ĩperatorẽ caſtra eſſe motuꝝ:neq; in aciẽ exituꝝ. Subinde:frequenter identidem qua dictione ſcatent libri luculẽtoꝝ ſcriptoꝝ:nõnunq̃ ſubinde ſignificat mox.deinde:ſtati.liuius.uno al

teroq̧ ſubinde ictu uentrē atq̧ inguina hauſit. Se ad ſeruandū admonēs:ſenſus eſt cæſarē frequēter milites admonuiſſe:ut ſe obſeruarent hoc eſt cuſtodirēt ac ſpecularent:ne quoq̄ ſe ſubduceret:q deinde ſolitus erat ſe repēte ſubtrahere e conſpectu militū:ita ut ab illis quæreret:obſeruare aūt mō ſignificat ſpeculari:alias uenerari. Virg. p̄terea regē non ſic ægyptus & ingens lidia nec populi parto℞ aut medus hydaſpes obſeruant. Amplificando ementiendoq̧:in hoc cæſar cyrrum illū magnū perſarū regē imitabat: q auctore Xenophontes res hoſtiū minime uerbis extenuēdas eē cēſebat.Nā melius eſt inqt ſi maiora arbitrati minora uideamus:q̄ minora audiētes ualidiora inueniamus.In cōmētario belli aphrici hæc legimus ad hanc ſententiam conducentia.cum nunciarentur aduerſariorum copiæ:equitatus infinitus: legiones regiæ tres:leuis armaturæ magna uis:Scipionis:decem elephanti centum.xx.claſſeſq̧ eē complures: tamē nō deterebat animo cæſar & ſpe confidebat.

M.AN. Paludamēta:impatoriā chlamidē.Plinius:coccū impatoriis dicatū paludamētis:ſed p ornamētis militaribus capit.Salu.poſtq̄ e ſarcinis paludamēta obſtare uidit:hic paludati dicti.Iuuenalis: Cūq̧ paludatis ducibus.Cicero:Antonius gemēs ante lucē paludatus.Salu.Dū paludatus incederet. Liuius cōſul paludatus egrediēs. Mordicus morſu:Appianus auctor eſt Alexādrinos ueſtē cæſari adeptā in trophæi modū erexiſſe. A moribus:a uitæ inſtituto. Neq̧ fortūa:nobilitare:& diuitiis. Pari ſeueritate:oīa exēplaria:q̂ uidimus: ſeruitute hn̄t ſed ſeueritate ē legēdū:qđ ex iis q̂ ſequunt plane pſpicit. Indulgēter:obſequēter.Exactor:inueſtigator:expſſor:reqſitor:pēſitator:tot.n.& plura hēt id uerbū ſignificata. Pluuiis & feſtis:diebus qbus eum nemo caſtra motu℞ putaſſet. Subinde:idētidē ſæpius. Se obſeruādū:ſua q̂libet momenta aduertenda. Interdiu:diurnis horis. Subtrahebat:e ſuorū cōſpectu proripiebat. Perterritos:milites. Minuendo:hoſtiū copias extenuando. Ementiendo:mendaciis augendo.

confirmabat. Itaq̧ cum expectatio aduētus iubæ terribilis eēt:cōuocatis ad contionē militibus:ſcitote inqt pauciſſimis his diebus regē affutu℞ cum.x.legiōibus eqtum.xxx. leuis armaturæ.c.milibus:elephātiſq̧.ccc. pinde deſinant qdā quærere ultra aut opinari: mihiq̧ q̄ cōpertum habeo credant: aut quidē uetuſtiſſima naue impoſitos quocunq̧ uento in quaſcunq̧ terras iubeo aduehi.

De cohertione & cultu militum eius.

DElicta neq̧ obſeruabat oīa:neq̧ p mō exeqbatur: ſed deſerto℞ ac ſeditioſo℞ iqſitor:ac pūitor accerrimus cōniuebat i cæteris:ac nōnunq̄ poſt magnā pugnā atq̧ uictoriā remiſſo offō℞ mūere:licentiā oēm paſſim laſciuiēdi pmittebat:iactar ſolito milites ſuos ēt unguētatos bn̄ pugnar poſſe:nec milites ſuos p ɔciōe:ſed blādiri noīe cōmilitōes appellabat:hēbatq̧tā cultos ut argēto&

PHI. Aduētus iubæ:iuba rex mauritaniæ iuuit ptes pompeianas & Scipioni ſocero Pōpeii reliquias in aphrica reparanti ſe cōiunxit: qui ut inquit Appianus elephantos.lx.equitum.xx.milia peditum uero.xxx.ſecū ducebat adeo ut Cæſaris exercitus trepidans tumultuaret. Leuis armaturæ.milites leuis armaturæ dicebantur:qui haſtā tm̄ geſſaque gererent ut ſcribit Liuius:manipulus leuis uicenos milites habebat:refert helianus in tacticis ordinem pedeſtrē in militia diuidi trifariā:in armatos: q grauis armatura dr̄:& uelites: qui leuiſſime oīum armātur:unde & expediti nuncupantur.Non.n.loricā iduūt:nō ocreis muniūt:nō clypeū aut ſcutū graue geſtāt.ſed tātum iaculis utuntur aut lapide quem funda manu ue emittunt in tertio ordine ſūt pelitati: a pelta dicti: quod ſcutum eſt paruum & leue hi medii erant inter grauem armaturam & leuem ſpeciatim rorarii accēſi ferentarii ab hiſtoricis milites leuis armaturæ ſolent appellari. Vegetius in.ii.ſic ſcribit:ferentarii exultatores:ſagittari.funditores hoc eſt leuis armaturæ aduerſarios prouocabant ante aciē p̄cedētes. Vetuſtiſſima naue:ob hoc putrida & periculoſa. Delicta militaria:q̂ ut pprie aut cōia ſunt. Neq̧ p mō exequebat:non ſeruabat modū in puniendo:ut mō citra modum & præſcriptum legis:modo ultra plecteret nocentes.pro modo autem delicti caſtigandus eſt miles.Non debet uindicta eſſe grauior quā crimē: ſed ut ais iuriſcōſultus titulo de pœnis:in leuioribus cāis pniores ad lenitatē iudices eē debēt:in grauioribus pœnis ſeueritatē legū cū aliquo tēperamento benignitatis ſubſequi. Deſertorū punitor: deſertores militiæ in bello capite puniendi ſunt:ſicuti iuriſcōſulti prodiderunt titulo de re militari. Cæterū non oēs deſertores ſimiliter puniendi ſunt:ſed habetur & ordinis & ſtipendiorū ratio & gradus militiæ: differt aūt deſertor ab emāſore:ſicut fugitiuus ab errone.leuius n.delictum eſt emanſoris grauius deſertoris: eſt enim emāſor q diu uagatus ad caſtra reuertitur.Deſertor uero qui per prolixū tēpus euagatus reducitur. Studioſo℞:qui ſeditionem atrocem militū cōcitauerit:capite punitur:ſi uero intra uociferationē tantū ſeditio mota eſt:tunc gradu militiæ reiicitur. Conniuebat:ideſt aliqua delicta militaria oculis ueluti clauſis p̄teribat:tanquā diſſimulanter illa eum tueretur.Itidem Cicero in philippicis. Quibuſdam in rebus etiā conniueo.Cōniuere enim eſt oculos genis integere. Plinius noſter in.xi. grauiores alitum inferiore gena conniuent.Idem columbæ & ſimilia utraq̧ gena conniuent.metaphoricos ad alia quoq̧ transfertur.Gel

Leuis armatura

Velites

Pelitati

pœna deſertoris

Emanſor

Deſertor

Conniuere quid

lius in.xv.dixit:conniuere caua uentris & ſtomachi pro ſtipari claudi & contrahi.Idem in.xvi. inde apud duo iſta foramina q̃ dr̃ epiglottis q̃ſi clauſtra q̃dá mobilia & cõniuentia:uiciſſim & reſurgẽtia inde conniuentia ſynodi uſurpat̃ in decretis.xxiiii.q.pria pro tacita erroris pmiſſione a ſynodo cõceſſa.cõniuere aũt enũciari debet ſyllaba ſecũda pducta:filius cõniuẽt ſoléq; pauẽt deprendere uiſu. Remiſſo:relaxato. Officiorũ.S.militariũ.quæ aũt hæc ſint docet uegecius. Munere:onere alias dono alias ſpectaculo.alias officio.Vñ munera militaria & quos milites munifices uocamus ut inqt Paulus iurecõſultus. Vnguentatos:Vnguẽta eſſe luxuriæ inſtrumẽta nullus ignorat:q uel Pli.xiii.librũ inſpexerit.dicebat tñ Cæſar milites ſuos unguentis delicatoribus pfuſos bene pugnaturos:tãquã deliciæ ad uirtutẽ roburq; hebetandum in pcellentibus militibus nihil pollerent.ſicut ariſtippus philoſophus dicere ſolebat:q lautior uictus nullo erat ĩpedimẽto ad beneuiuendũ. Cõmilitones appellabat:tanquã & ipſe unus eſſet ex nũero militũ.

Cõmilitones

ita enĩ cõmilitones dicimus ſicuti & condiſcipulos ad hoc alluſiſſe uidetur lucanus ſic ſcribens: bellorũ o ſocii qui mille pericula martis.græci συστρατιώτας uocát lucullus & ipſe milites ſuos blãdiori uocabulo commilitones appellabat. Vnde olim congreſſurus in armenia aduerſus barbaros magna uoce ad ſuos conuerſus inquit.νενικήκαμεν ὦ συστρατιῶται.uicimus o cõmilitones. A Cæſare in hoc diſſentiebat auguſtus ĩmo ut inquit eutropius:ipſum coarguebat:quo milites cõmilitões nouo blandoq; more appellaret.Ita enim principis auctoritatem emolliri minuiq; arbitrabatur.

M.AN. Decẽ legionibus:legionariorũ militũ intellige:alioqn nõ pcederet:q ſtatim leuis armaturæ.c.milibus ſubiicit. Elephantis trecentis:Appianus:elephantos.lx.tum iubam habuiſſe ſcribit:trigintaq; peditũ milia.xx.equitum.Oppius ſiue Hircius cũ tribus legionibus.xxx.elephantis in frenibuſq; numidis.ccc.ueniſſe ait:ac præter hos grandi peditũ numero.Sed cæſar de induſtria copias mentiendo auxit. Opinari:uera ne ſint ea:an non. Vetuſtiſſima naui:ac per hoc facile ſolubili. Delicta:flagitia. Pro mõ:ſed citra ultra morẽ præſcriptumq; militaris diſciplinæ. Deſertores:qui ſigna ſtationẽ ue deſeruiſſent. Polybius apud Ro.inquit mors pœna eſt his qui in bello locum quo conſtituti ſunt reliquerint. Seditioſorũ ſeditionibus auctorũ.Lucanus:At paucos quibus hæc rabies auctoribus arſit:non cæſar:ſed pœna tenet p cumbite terra.Infidumq; caput ferienda tendite colla. Conueniebat:indulgebat:oculorũ.n.nutu aſſenſum præſtamus qua loquendi figura maro ſæpe utit̃:Sed homerus quẽ ille imitat̃ ſæpius. Officiorũ militarium.ſ. Vnguentatos:unguento delibutos:quaſi diceret eos eſſe qui nullis corrũpi poſſent uoluptatibus. Commilitones:quæ appellatio:utpote ambitioſa ab anguſto poſtea ſublata eſt:nam Imperator q ſuos commilitones appellat ſe in ordinem redigit.faleturq; ſe non Imperatorem:ſed militem eſſe:ſic condiſcipuli : ſic conſerui dicuntur.

auro politis armis ornaret ſimul & ad ſpeciẽ.& quo tẽatiores eorũ in prœlio eſſent metu damni:diligebat quoq; uſq; adeo ut audita clade tituriana barbam capillũq; ſummiſerit.Nec ante dempſerit q̃ uidicaſſet:quibus rebus & deuotiſſimos ſibi & fortiſſimos reddidit.

De amore & fidelitate militum ad eum.

INgreſſo ciuile bellũ cẽturiões:cuiuſq; legiõis ſingulos eqtes e uiatico ſuo obtulerũt:& uniuerſi milites gratuitã:& ſine frumẽto ſtipẽdioq; operã:cũ tẽuiorũ tutelã locupletiorẽ ĩ ſe cõtuliſſent:neq; ĩ tã diuturno ſpacio quiſq̃ omnino deſciuit:pleriq; capti cõceſſam ſibi ſub conditione uitam:ſi militare aduerſus eũ uellent:recuſarunt.Famẽ & cæteras neceſſitates:nõ cum obſiderent modo:ſed ſi alios ipſi obſiderent tantopere tolerabant:ut

PHI. Auro politis armis : in hoc Cæſar imitatus eſt alexãdrũ magnum:qui iturus aduerſus indos phaleras equorum & arma militũ argento decorauit:uñ ab argẽteis clypeis argyraſpides appellati.hoc idẽ factitaſſe fertur Alexãder alter imperator romanus:qui ſicuti refert lampridius non ſolũ fecit argyraſpidas ſed & chryſo aſpidas ita ab aureis clypeis nũcupatos.Ad ſpeciẽ ad decorẽ & ornatũ. Clade tituriana:quando.S.titurius ſabinus & arunculeius cotta legaticũ legione ab eburonibus dolo circunuenti ceciderát. Sumiſerit. ad longitudinem nutriuerit.nãq; ſummittere barbã & capillũ dicimur,quando neq; tondemus:neq; radimus promittentes ad enormitatem adoleſcere.in eodem ſignificatu dicitur promittere & immittere.inde promiſſa barba a uirgilio dicta longa quaſi porro miſſa, qd ſpecimen eſt maximi doloris.Deuotiſſimos ſibi:Auſonius in panegyrico:meruiſti ut haberes amicos obnoxios promptos deuotos:fideles in æuum omne manſuros.Fortiſſimos:amor principis ut inquit ueriſſime nazarius fecit militem fortiorem. Ingreſſo:Cæſari. E uiatico ſuo:uiaticum dixere ueteres ſumptum uiæ græci.ἐφόδιον uocant.Qu.claudius in annalibus magnum uiaticum noue poſuit pro magna facultate & paratu magno.a uiatico diminutiuum fit uiaticulũ.Apuleius in.vii.de aſino aureo uiaticulũ mihi corraſi inde uerbum uiaticor deriuatur:quod ſignificat.uiaticum paro.plautus in menechmis uiaticati hercle admodum eſtiue ſummus.ſenſus Suetonii eſt:Centuriones ſingularum legionum obtulerunt Cæſari:q ſinguli ſua ipſorum pecunia:quam ad ſumptum uiæ parauerát:ſuiſq; facultatibus ſingulos eq-

Viaticũ
Viaticulũ
Viaticati

s alerent inſtruerentq; ſtipendio ſine Cæſaris impenſa:milites uero dixerũt ſe militaturos gratis ſua ipſo
um impenſa:cum illi qui erant diuitiores ſuſcipiſſent nutricatum & impenſas omnis pauperiorum perfi
endas ſuis opibus peculiaribus in legione erant centuriones circiter.lv.auctores uegetius & modeſtus
e re militari. Deſciuit:defecit rebellauit:hoc autem minime trahendũ eſt ad exactam enumerationem:
amq; labienus cuius opera naua & ſtrenua uſus fuerat in bello gallico deſeruit Cæſarem & adheſit pom
eio unde apud lucanum in.v.a Cæſare uocatur tranſfuga uilis.extat huius labieni in Cæſarem dictũ in-
olentiſſimũ.Nam cũ per colloquia milium pacificatio quereretur.Dixit inſolenter.Deſinite de cõpoſitio
e loqui nam nobis niſi Cæſaris capite relato pax eſſe non poteſt. Pleriq; capti uitã recuſarunt: grauius
etronius quæſtor Cæſaris deſignatus in ſcipionis poteſtatem uenit:qui granio incolumitatẽ polliceba-
ur.ille uero reſpondit Cæſarianos milites ſolere ſalutẽ dare non accipere:quo dicto ſeipſum purgione cõ
odit.præterea cum in poteſtatem eiuſdem ſcipionis pompeianis perueniſſent aliquot Cæſariani milites:
unq; ſcipio uitam & pecuniam illis donare polliceretur ſi rẽ pu.aduerſus Cæſarẽ defenderent:tunc Cen-
urio unus ego ne inquit contra Cæſarẽ imperatorẽ meũ aduerſus armatuſq; conſiſtã.Ego neq; id factu-
us ſum:& te magnopere ut de negocio deſiſtas adhortor.tunc ita percitus ſcipio centurionẽ reliquoſq;
eteranos Cæſaris cruciabiliter interfici iuſſit.

M.AN. Clade tituriana.Qu.Titurius Sabinus.&.L.Aurũculeius:ut alio eſt loco demõſtratũ cũ qnq;
ohortibus inter Moſſam & Rhenũ flu.in Eburonibus cæſi ſunt. Quibus rebus:quo ſtudio.indulgẽtia
& officio ĩ milites. Ingreſſo ciuile bellũ:ciuile bellũ inchoanti. E uiatico ſuo:ex ea pecũia:q̃ futura ex
editione uſuri erant.ſinguli ſtipendium unius equitis ultro detulere. In ſe contuliſſent:pecunioſis mi-
itibus inopum in ſe ſumptũ & onera tranſferentibus:ſuam ad hæc militiã gratuitã Cæſari deferentibus.
Tam diuturno ſpacio:quandiu ciuile bellum tenuit.Neque quiſquam:immo aliqui : nam præter Ro-
ciliũ & Egum allobrogas:qui diutiſſime Cæſarianis caſtris fuerant aſſueti.Labienus quoque ad Pompe-
um tranſfugit.Lucanus:Foriis in armis:Cæſareis Labienus erat:nunc tranſfuga uilis. Pleriq; capti:ut pe
ronius quæſtor:qui a Scipione captus ſe tranſfixit.& Centurio cum ueteranis uitam ſub conditione pro
miſſam recuſauit:ita Plutarchus prodidit.

dyrrachina munitiõe.Pompeius uiſo genere panis ex her-
ba.quo ſuſtinebant.cum feris ſibi rem eſſe dixerit.amoue-
riq; ocius.nec cuiq̃ oſtẽdi iuſſerit.ne patiẽtia & p̃tinatia ho
ſtis aĩ ſuoꝝ frangerent.quãta fortitudine dimicauerint te-
ſtimonio eſt.quod aduerſo ſemel apud dyrrachiũ p̄lio pœ
nam ſe ultro depopoſcerint.ut conſolandos eos magis im-
perator q̃ puniẽdos habuerit.cęteris p̄liis inumeras aduer
ſariorum copias multis p̃tibus ĩpſis pauciores facile ſupa-
uerunt.Deniq; una ſextę legionis cohors p̄poſita caſtello
quattuor Pompeii legiones per aliquot horas ſuſtinuit pe
ne omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum quarũ
c.ac.xxx.millia ĩtra uallũ repta ſunt.Nec miꝝ ſingulorum
ſi q̃s facta reſpiciat.uel Caſſii Sceuę cẽturiõis uel.C.acilii
militis.ne de pluribꝰ referã.Sceua excuſſo oculo trãſfixus

PHI. Dyrrachina munitione:
circunuallationẽ ſignificat : qua
Cæſar Pompeium Dyrrachii cir
cunuallauerat. Viſo genere pa
nis:Cæſar ex caſtello in caſtellũ
perducta munitione circunual-
lare conſtituit Pompeium apud
dyrrachium epiri ciuitatẽ : quæ
alio nomine epidannus appella-
tur.ubi cum in ſummis eſſet an
guſtiis penuria quæ cibariorum
conſumptis longe lateq; frumẽ-
tis:milites tamen inopiam ſingu
lari patientia tollerabant:a qui-
bus genus radicis inuentum eſt
quod appellatur chara:quod ad
mixtum lacte multum inopiam
leuat id ſimilitudinem panis ef-
ficiebat : eius erat magna copia
ex hoc effectos panes Cæſaria- panis herbaceus
ni edebant eoſq; uulgo iaciebãt
in pompeianos:ut ſpem eorum minuerent:cum in colloquiis famem obiectarent adiiciebant ſe quo ad
huiuſmodi radices terra produceret:obſidionem pompeii non derelicturos.Plutarchus & Cæſar aucto-
res.legimus apud Plinium libro undeuigeſimo milites Cæſari exprobraſſe : quod lapſana uixiſſent apud Lapſana
dirachium.præmiorum parſimoniam cauillantes.eſt autem lapſana olus ſilueſtre trium foliorum diui iu
lii carminibus præcipue militaribus celebratum. Pertinatia:miror Nonium marcellum tradere pertina
ciam ſemper eſſe rerum malarum:cum eruditorum auctoritas refragetur & imprimis ſenece qui in. vii.
de beneficiis ait uicit malos pertinax bonitas.& liuii a quo pertinax uirtus dicta. Aduerſo apud dyrra-
chium prœlio.hoc factum eſt.quando Cæſar dixit τημερον ηνηκη ϖαφατοια ϖαλεμφιοια αλλατο-
νειχοτσ νικανουκε χοισιν.latine ſignificat.hodie erat uictoria apud hoſtes:ſed uincendi peritum non
habent:tunc Pompeius hac uiſtoria elatus tanquã uictor ſcripſit ad reges ac ciuitates. Conſolandos ma-
gis:quam puniendos Appianus in.ii.memorat milites Cæſaris poſt cladem dyrrachinam tanta meſtitudi
ne affectos fuiſſe:ut ultro ſibi ſupplicium & de ſumi expoſcerent.& more patrio decimari. renuente Cæ-
ſare ſigniferos necandos eſſe conclamabant perinde ac primos auctores fugæ. ſed Cæſar ne id quidem

facere ſuſtinens pauculos quoſdam ſupplicio affeciſſe ſatis hũit.ex hac impatoris clementia milites magis ac magis inflámati depoſcere cœperũt:ut in hoſtes educerent̃ iureiurãdo affirmátes ſe niſi uictores nunq̃ reuerſuros. Ipſi pauciores ſupauerunt:hoc ex diſciplina Alexádri magni:qui.xl.ad ſummũ militibus militũ cõtẽtus infinitas barbaroꝝ copias ꝓfligauit inabile regẽti ratus qcqd excederet:& turbã potius q̃ exercitum & profecto exercitus copioſior magis eſt impediméto q̃ emolumento:& ut ait Vegetius propria magis multitudine:q̃ hoſtium uirtute deprimit̃ hinc legimus ſingulos cõſules Romanos aduerſus hoſtes uel copioſiſſimos nõ amplius q̃ binas duxiſſe legiões additis auxiliis ſocioꝝ.ſic Cæſar ſæpe paucitate militum fudit infinitam hoſtiũ multitudiné:ſicut in bello gallico aduerſus aruernos apud geruouiá:qñ illoꝝ dux fuit uercingentorix.tũc enim circiter.cccc milia aduerſus Cæſarem cõflixere maxima ipſoꝝ ſtrage & occidione. Cohors præpoſita caſtello:caſtellum intelligimus:unũ ex illis:q Cæſar plurima cõmuniuit in munitiõe dyrrachina ad circũuallandum.Pompeiũ:in quo caſtello nemo fuit qn uulneraret̃.& ad Cæſarem relatum fuit ſcutum ſceuæ centurionis:in quo inuenta ſunt foramina centum uiginti.quem cæſar ut erat de ſe meritus donauit militibus ducentis æris:atq; ab octauis ordinibus ad primipilum ſe traducere pronunciauit:eius autem opera caſtellum conſeruatum magna ex pte conſtabat:cohortem poſtea dupli ci ſtipendio frumento ue & ſpeciariis militaribuſq; donis ampliſſime donauit.hoc ſcenæ centurionis facinus ꝑclarũ miro præconio celebrat Lucanus in.vi.pharſaliæ:cuius & hiſtorici meminerũt.

Exercitus enormis

Caſtellũ

Scena centurio

Lapſana

M.AN. Genere panis ex herba:lapſana uidelicet ſilueſtris oleris genere: qđ militaribus iocis eſt poſtea cæſari:ut Plinius ſcribit:in triumpho exprobratũ.Appianus quoq; eiuſdẽ eſt rei auctor.Plutar.nõ tantum herbaceo pane ueſci ſolitos ait:ſed radicibus ẽt qbuſdã lacte mixtis. Aduerſo apud dyrra.ꝑ. quo cæſar uictus:faſſus eſt Põpeiũ uti eo die uictoria neſciuiſſe:Appianus & Plutar. ſunt auctores . his uerbis Maharbalé poſt cannenſem uictoriam Hannibalé inceſſiſſe Liuius tradidit. Magis:pro maiore quodã negocio

Cõſolãdos:petiiſſe milites ſcripſit Appianus ſe more patrio decimari.i.decimũ quemq; ſupplicio affici. Innumeras aduerſariorũ copias:Liuius auctor eſt Alexãdrum Macedonem iccirco Impatoré maximũ iudicatũ:qa pauciſſimis copiis numeroſos uiciſſet exercitus.cæſar q̃tã uim hoſtium paucis legiõibus: quas i Gallia hũit cõfecerit:ex eo intelligi põt:qđ Plinius méoriæ ꝓdidit:ꝑdicare ſolitũ cecidiſſe ſe ad undecies cẽtũ & nonaginta duo milia hoſtiũ:ꝑter eos:q bellis ciuilibus piiſſent.Appiáus in rebus gallicis ſcripſit ad cẽtũ millia hoſtiũ:uel una acie ab eo cæſa. Caſtello:qđ cæſar circa dyrrachium Põpeio obiecerat. Nec miꝝ:haud admiratõe dignũ. Singuloꝝ:ut Sceuolæ & Acilii. Cẽtũ &.xx.apđ Plutarchũ.c.xxx.legimus ergo in altero numerus corrigendus. Acilius:apud eũdé Plutarchũ Attilius.nõ Acilius legitur.

fœmoꝛ & humero.c.&.xx.ictibus ſcuto pforato cuſtodiá portæ cõmiſſi caſtelli retinuit.Aciliꝰ nauali ad Maſſiliá prælio iniecta in puppem hoſtium dextra & abſciſſa memorabile illud apud græcos Cynegiri exemplum imitatus tráſiliuit in nauem umbone obuios agens.

De pœna contra ſeditionem militarem.

Seditioné p.x.annos gallicis bellis nullã oĩo mouerunt ciuilibꝰ aliquas:ſed ut celeriter ad offm̃ redierint nec tã indulgẽtia ducis q̃ auctoritate. Nõ.n. ceſſit unq̃ tumultuãtibus:atq; ẽt obuiã ſp iit:& nouã qdem legioné apud placentiã:q̃q̃ adhuc in armis Põpeius eẽt.totã cum ignominia miſſum fecit.ægreq; poſt multas & ſupplices præces.nec niſi exacta de ſontibus pœna reſtituit.

Exéplum cynegiri

PHI. Acilius cynegiri : Acilius decimæ legiõis miles cũ maritima pugna ꝑ ptibus cæſaris uiriliter ꝑliaret̃ dextrã manũ iniecit maſſilieſiũ naui:eaq; obſciſſa puppim ſiniſtra apprehẽdit :nec ante dimicare deſtitit:q̃ captam pfundo mergeret.auctor Vale. hoc facinore tã ꝑclaro imitatus uidetur Romanus Acilius cynegirum atheniéſem:q & ipſe i bello pſico ſimili ptinatia in conſectãdis hoſtibus uſus naué onuſtam dextera manu tenuit nec prius dimiſit:quã manũ amitteret : qua amputata naué ſiniſtra cõprehendit : quã & ipſam cum amiſiſſet ad poſtremũ naué morſu tenuit: tãta in eo uirtus emicuit ut non tot cedibus fatigatus nõ ambabus manibus amiſſis uictus ad poſtremũ truncus & ueluti rabida fera dentibus dimicauerit.auctores trogus & herodotus:ſcribit Plutarchus.in libello de comparatiõibus claroꝝ uiroꝝ cynegirũ amputata utraq; manu fuiſſe obtruncatũ. Idẽq; eueniſſe refert lucio glauco uiro Romano:ut utranq; manũ amitteret:cũ aſdrubalis nauem detinere uoluiſſet. Vmbone agens.i clypeo Liuius gallũ umbone ictũ deturbat:eſt.n.umbo ut inqt Seruius media clypei ps eminentior . filius ærati radiauit luminis umbo.ſtatius. Iã clypeus clypeis Vmbone repellit̃ umbo ciuilibus bellis. Aliquas ſeditiones. Non ceſſit tumultuantibus:Itidem Alexãder Romanus imperator non extimeſcebat tumultuantes milites.Sed mota olim ſeditione non timuit aſcendere tribunal:& oratiõe ſeueriſſima ſeditioſos increpare quáuis oẽs armati circũſiſterẽt.poſtremo illis adhuc fremẽtibus cũ inclamaſſet . Diſcedite atq; arma deponite:Mirãdo exẽplo oẽs depoſitis armis ſaguliſq; militaribus ad diuerſoria receſſerũt.Tũc unã legioné totam exauctorauit:quã mox loco ſuo reſtituit. Legioné:cum ignominia miſſam fecit: honeſta

Vmbo

Miſſionū genera

miſſio eſt quæ emeritis ſtipēdiis ab impatore indulgetur. Cauſaria cū quis uitio animi uel corporis minus idoneus militia renunciaſ: inde a Liuio cauſarii milites dicti. ignominioſa uero miſſio eſt cū quis propter delictū ſacramēto ſoluiſ: & is qui ignominia miſſus eſt neq̧ romæ neq̧ in ſacro comitatu agere poteſt. auctores iuriſconſulti titulo de re militari & titulo de his qui notantur infamia. huiuſce aūt ſeditionis militaris: quæ iuxta placētiam mota eſt. meminit Appianus ſcribēs milites pollicitas olim a cæſare quinq̧ minas uiritim inſtanter efflagitaſſe: ſopita eſt aūt ſeditio duodecim tanq̄ ſeditionis auctoribus ſupplicio affectis. De hac loquiſ Lucanus in quinto pharſalie. Detegit imbelles animos nil fortior auſa ſeditio. Quá auctoritate: eſt opepræcium legere apud Luca. unde quéadmodū cæſar ípræterritus & ſola maieſtate ſubnixus iuerit obuiá ſeditioni militari minaciter magis q̄ indulgenter agens ubi ait. Vadite neq̧ meis ad bella relinquite telis & mox. An uos momēta putetis ulla dediſſe mihi: procerū motus hæc cūcta ſequūtur. Exacta de ſontibus: ſumpto de nocētibus ſupplicio Lucanus: uicit patientia ſeui ſpē ducis & iugulos nō tātum præſtit euſes. Namq̧ auctoritas tanta erat cæſaris: ut tremeret ſeua ſub uoce minacis uulgus iners.

M. AN. Cinigeri: Herodotus Euphrominis filium cinegerum fuiſſe ait ad Maratonemq̧ id præclarū facinus ab eo editum. Seditioni: Hannibali præcipue laudi fuit ꝙ cum ex omni barbarorum colluuione caſtra referta haberet: nullá toto belli punici tpe ſit militarem ſeditionem exptus. Gallicis bellis: q̄diu in Gallia eſt bellatum. Indulgentia: obſequio & illecebris. Quam auctoritate: uirtutum opinione. Sed obuiam etiam: ultro ſe tumultuantibus obtulit. Apud Placentiam: Ciſalpinæ Galliæ urbem Ro. Coloniam ſub initium belli punici ſecundi ductam. Polybius: Liuius: & Pedianus id ſcribunt. Cum ignominia: triplex fuit apud maiores: ut Marcellus de re militari ſcripſit miſſionis rō honeſta una: q̄ exacto legitimæ militiæ tpe quod in decē annos extēdebaſ: ut Plutar. tradit militi dabatur. Cauſaria altera: quū ſi qs uitio corporis: aut mētis mīus idōeus militiæ putabaſ: reliqua ignominioſa: cū ob delictū aliqđ miles exauctorabaſ. Vulpianus: Solere ait exprimi cauſam: cur aliqs miſſus eſſet: ſed ſi arma adempta forēt: ēt ſi nihil fuiſſet exp̄ſſum: ignominioſe tamē miſſus ītelligebaſ. Exacta: ſūpta. De ſontibus: de ſeditiōis auctoribus Luc. At paucos q̄bus hæc rabies auctoribus arſit: Nō Cæſar ſed pœna tenet. Reſtituit: dēuo īauctorauit.

Honeſta / Cauſaria / Ignominioſa — Miſſio

De facili reconciliatione militum iratorum.

DEcumāos autē romæ cū īgētibus minis: ſūmoq̧ ēt urbis periculo miſſionem & p̄mia flagitātes ardente tūc in africa bello: neq̧ adire cūctatus ē. q̄q̄ deterrētibus amicis: neq̧ dimittere: ſed una uoce qua quirites eos ꝑ militibus appellarēt tā facile circumegit & flexit: ut ei milites eē cōfeſtim reſpōderit: & q̄uis recuſantē ultro in africam ſint ſecuti: ac ſic quoq̧ ſeditioſiſſimū quemq̧ & prædæ & agri deſtinati tertia parte mulctauit.

De fide & ſtudio eius erga clientes.

STudiū & fides erga cliētes ne iuueni quidē defuerūt: Maſinthiá nobilē iuuenē: cū aduerſus Hiépſalē regē tā enixe defendiſſet. ut iubæ regis filio in altercatione barbam iuaſerit: ſtipēdiū quoq̧ pronunciatū: & abſtrahentibus ſtatim eripuit: occultauitq̧ apud ſe diu: & mox ex prætura ꝓficiſcens in Hiſpaniam inter officia proſequentium: faſceſq̧ lictorum lectica ſua auexit.

Legiones a numero

PHI. Decumanos romæ: milites decimæ legionis: cui legioni cæſar indulſerat præcipue: & propter uirtutem cōfidebat maxime. legiones enim Romanæ a numero atq̧ ordíe dicūſ: ut primani ſecūdani Decumani uocantur milites prīæ ſecundæ & decimæ legionis. Miſſionē flagitantes honeſtā uidelicet quæ tpe militiæ impleto daſ. Ardente in africa bello: bellū africū ſignat: quod in africa geſtum eſt aduerſus iubam & ſcipionem recolligētes reliquias pompeianas & nouas inſuper copias cōparantes: ardente autē dixit pro uigente & extante. nam ut ait Marciáus capella in libro rhetorices: interdū uerba tranſferuntur decoris cauſa: ut bellum ſubito exarſit pro extitit. Præmia: quæ ueteranis debebat & promiſerat. Flagitātes: quaſi cum conuitio & clamore depoſcenes. flagitare enim p̄ſonare eſt: cū ſia gella & flāma & flagitatio ſine ſonitu crepituq̧ non ſint ut docet donatus in expoſitione eunuchi terentianæ. De hac autē ſeditione ſentire uidetur Plutarchus cum ſic ſcribit: motis ad ſeditionem militibus cū duos prætores coſconiū & galbam occidiſſent tātum eos objurgauit: ut ipſos pro commilitonibus ciues appellatos mille uiritim drachmis donauerit & multa inſup Italiæ prædia ſorte diſtribuerit. Quirites pro militibus: Imperator quotienſcunq̧ uerba facit ad milites eos uero ſignificatiſſimoq̧ uocabulo milites appellare cōſueuit perīde ac militari ſacramēto deuíctos ſed cæſar nomine blandiori honorificentioriq̧ appellauit quirites tanq̄ romanos nec ulli ſubiectos ípio. & ita hac uoce iracundiam militarem mitigauit. conſimiliter Alexander Impator Rōanus ſeditioſos milites pro contione quirites uocauit uos oēs inquit hodie una uoce quirites dimittam & incertū an q̄rites non. n. digni eſtis: q romanæ plæbis ſitis ſi ius romanum non agnoſcitis. Circumegit: retroflexit demulſit abduxit ab indignatione. Agri deſtinati: uerbi cauſa ſi deſtinauerat cæſar uiritim inter ueteranos da-

Decumani

Flagitare quid

re trecenta iugera:dabat ducenta:ſi triginta aureos ex pecunia prædacea dabat uiginti:& ita tertia agroꝝ ꝑdæq; pte mulctabant. Erga cliẽtes:primũ iuxta parẽtes locũ tenere debẽt pupilli ſecũdũ eos ꝓximũ locũ cliẽtes hrẽ:q ſeſe ĩ fidẽ patrociniũq; noſtꝝ dederũt:& ut iqt Mar.Cato aduerſus cognatos patrõus pro cliẽte teſtat:teſtimoniũ aduerſus cliẽtẽ nẽo dicit.cliẽta dr̃ a plauto fœmia. Iuuẽi:cæſari:q̃ ætate mobiles ſunt & clientaꝝ minus curioſi. Hiẽpſalẽ:africanũ regẽ.alius eſt ille hiempſal.ſaluſtianus. Enixe:uehemẽter. Stipẽdiariũ ꝓnuntiatum:ſtipendiarii dicunt tributarii hoc eſt illi q tribu.ũ ſoluunt.inde ſtipendiariæ ciuitates dicunt a Plinio illæ uidelicet:q̃ ſtipendiũ tributũq; ſoluebãt:& a Liuio Annibal dictus eſt ſtipẽdiarius & uectigalis ac ſeruus Po.Romani.uulgus indoctum perperam appellat ſtipendiarios milites eos:q ſtipendia faciunt cum tales mercenarii ſiue ærrarii milites ſint nuncupandi. quod ſi uocabulo uegetii uti uolumus ſtipendioſos appellabimus. Inter officia:inter eos qui officii cauſa cæſarem deducebant comitabantur euntem in prouinciam furtim auexit in lectica ſua deliteſcentem maſintham aſportauitq;.

Stipẽdioſi

M.AN. Decimanos:decimæ legiõis milites. Voſpicus tamẽ Decimãos ait ꝑſules tm̃ habere ſolitos:aut eos q futuri principes eẽnt:q̃ſi lectorũ militũ id genus eſſet.Cæterũ parũ conſiderate hæc ex ꝓximo capite exemere:q opus in capita redegerũt:quũ omnia ex una pẽdeãt ꝓpoſitione. Sũmoq; urbis periculo:nã præter Coſtoniũ & Galbam prætores:Qui auctore Plutarcho:eo tumultu occiſi ſunt:ingẽs quoq; ius militum ad urbis præſidium miſſa ab eiſdem Decimanis:ut quidam tradunt:trucidata eſt. Miſſionẽ:quia iam militiæ tempus exiiſſet. Præmia:quæ reddenda eſſent.Ardente:late omnia corripiente tranſlatio ab incendio ſumpta. Adire:milites ſcilicet tumultuantes.Deterrẽtibus:ne iret identidẽ monẽtibus. Quaquirites:ciues Plutar.ait & nõ milites:qđ idẽ certe eſt appellatos ait. Circũegit:ꝑſenti furore auertit. Milites eẽ:Appiãus:nullã ab his uocẽ æditã uiſo cæſare ait:ꝑter unã:qua miſſio efflagitata eſt:eaq; ꝑter ſpẽ cõceſſa cõtinuo in ꝑces uerſos ne exauctorarent:atq; idipſum uix poſt multas præces ĩpetratũ. Prædæ:pecuniæ ꝑdæ nomine militibus datæ. Deſtinati:antea cõſtituti. Studium:in ornandis. Fides:in defendendis. Iuueni:Cæſari. Hiempſalẽ:de hoc Plutarchus in Põpeio Hiarbas inqt rex capitur.cui Hiempſal ſucceſſit. Tã enixe:tãto ſtudio. In altercatiõe:iurgio quod apud Batharos:q ſummo ſtudio alunt barbã adhuc magis q̃ apud ro.ẽ cõtumelioſum. Stipẽdiariũ:ſtipẽdii noĩe obnoxiũ. Abſtrahẽtibus:abſtrahere parãtibus. Apud ſe:domi ſuæ. Inter officia:iter eos q officii cã abeũtẽ ſequebant lectica ſua:qua ipſe uehebatur. Auexit:aſportauit.

De cultu & dilectione amicorum.

AMicos tãta ſemp facilitate:indulgẽtiaq; tractauit:ut.C.oppio comitãti ſe p ſilueſtre iter:correptoq; ſubita ualitudĩe:& in diuerſorio loco qđ unũ erat ceſſerit:& ipſe humi ac ſub diuo accubuerit. Iã autẽ rerum potens quoſdã etiã infimi generis ad ampliſſimos honores ꝓuexit:cũ ob id culparet ꝓfeſſus ẽ palã.ſi graſſatoꝝ & ſicariorum ope in tuẽda ſua dignitate uſus eẽt:talibus quoq; ſe parem gratiam relaturum.

De odiorum facili remiſſione.

SImultates contra nullos tã graues excipit unq̃:ut nõ occaſione oblata libens deponeret.C.Mẽmii cuius aſprimis oronibꝯ nõ miore acerbitate reſcripſerat ẽt ſuffragator mox ĩ petitiõe cõſulatus fuit.C.caluo

PHI. Caio oppio comitanti:ſcribit Plutarchus olim cæſarem ui tempeſtatis compulſũ intraſſe pauperis caſam ubi cũ cubiculũ uix unius capax ĩueniſſet ad amicos conuerſum dixiſſe.ex honorifico quidem loco cedẽdum eſt potẽtibus ex oportũo uero egrotantibus: ibiq; requieſcere iuſſit oppium.ipſe uero una cum reliquis iuxta tuguriunculi fores recubuit. Diuerſorio: hoſpitio a diuertendo dicto.M.Tullius qeſcam in cæſaris ſermone quaſi in aliquo oportũo diuerſorio. Sub diuo:ſub cælo.alio nomine dicitur ſub Ioue.cælum enim græci τονΔια dicunt: inde ſubdialia pauimenta & ſubdiuales deambulatiões:quas uictruuius græco uocabulo appellat hypetras. Craſſatorũ:latronũ uias obſidentiũ.tales enim graſſari dicunt.ĩterdũ honeſtum uocabulũ ẽ ut apud ſiliũ:graſſandũ ad clara piclis.& apud ſaluſtiũ uirtutis uia graſſat. Siccarioꝝ:qui ſint ſiccarii ſatis notũ.a ſicca quod gladii genus eſt : nomen inditum de his ſupra ſatis ac ſuper. Simultates:odia.ſimultas dicta eſt ex cõtrario: qa minime ſunt ſimul: põt:& a ſimulatione dicta exiſtimari quia ſimulata loquunt ad inuicem. C.memii ſuffragator:ſupra tranquillus tradidit.C.memiũ obieciſſe cæſari tanq̃ patico cynedo:ꝙ ſtetiſſet ad cyathũ Nicomedi ĩter exoletos: fuit enim hic mordax in cæſarẽ.extãt epiſtolæ Cicerõis ad hunc opinor.C.mẽmium athenis diuerſantem ut amiciſſimum ꝑſcriptæ.fuit ille alter.C.memius in quem craſſus orator cõmodiſſime & feſtiuiſſime luſit fuiſſe tota taracina oĩbus in parietibus has litteras inſcriptas:tria.LLL.& duo.MM.cũ quereret qđ ſignificarent quẽdam oppidanum ſenem dixiſſe hoc ſignificari.Lacerat:lacertum:largii:mordax:mẽmius.apud catullum mentio eſt memii ꝑtoris:quẽ ait ſe in bithiniã eſſe ſequutum tenuiculo lucello confecto.& fortaſſis eſt hic de quo nunc loquitur tranquillus de quo ẽt uideri põt intellexiſſe ouidius cũ ait ĩ ſecũdo triſtium.Quid referã ticidæ:quid mẽmi carmẽ apud quos nomẽ adeſt rebus:noĩbuſq; pudor. Caluo poſt

Sub diuo

De mẽmio

De caluo pulchra

famoſa epigrāmata.ſcribit iuriſcōſultus:iniuriaꝝ teneri illū q famoſo libello edito aliquē iſamauerit. famoſus aūt fere ſp accipit in pte deteriorē.illud uero Iuuenalis qd allegari ſolet.famoſos eqtū cū dictator magros:nō famoſos legēdū eē:ſed fumoſos alibi docuimus caluus aūt ſignificat catulli familiaris de quo Oui.& tu cū caluo docte catulle tuo.q diu cū Cicerōe iniqſſimā litē de principatu eloquētiæ hūit fuitq; uiolētus accuſator & cōcitatus ab hoc uatiniū accuſatū eē ſatis cōſtat.Idē carmina iocoſa faciebat plenaq; ingētis aī.uñ olī de pōpeio dixit.Digito uno caput ſcalpit ut ita illū effœminatū eē ſignificaret.Duriuſculū fuiſſe i uerſibus.oñdit Plinius in.i.epl'aꝝ.cōpoſitio eius in actiōibus ad exēplū demoſthenis rigida erat ut ſcribit Sene.i.iiii.cōtrouerſiaꝝ de eodē Quinti.ſancta & grauis eſt oro calui & caſtigata & frequēter uehemēs imitator:eſt aūt atticoꝝ fecitq; pparata mors illi iniuriā:ſi qd adiecturus ſibi nū ſi qd detracturus: qm̄ incidit mētio calui a quo accuſatus fuit uatinius enarrādū ē hoc potiſſimū loco hendecaſyllabō illd catullianū riſi neſcio quē mō e corona:in cuius iterptatōe nō ſolū lrātores:ſed ēt litteratiſſimi ad extremū uſq; ſudorē diſſudauerūt.C.Caulus adhuc adoleſcēs uiolēta accuſatiōe iſequutus ē uatiniū de ambitu:& orone luculēta quā ait tacitus i dialogo de oratoribus cū admiratōe ſolitā legi i explicādis uatinii criminibus igēii uela explicauit:& eloquii uires effudit:adeoq; uiolēto fuit accuſator & cōcitatus: ut i media eius actōe ſurgeret uatinius reus & exclamaret rogo uos iudices nū ſi iſte diſertus ē iō me dānari oportet i hoc iudicio i uatiniū dixit caluus illd egregie.factū ābitū ſcitis oēs:& hoc uos ſcire oēs ſciūt:idē dixit uatinio pfrica frōtē & dic te digniorē q ptor fias q̄ catonē.In hac cā cū uatinius reus cādido ſudario frontē tergeret.Idq; ipm caluus accuſator i iuidiā uocaret:q̄uis reus ſim inqt & panē cādidū edo:cū igit uatinii cā in iudicio ageret eētq; maxīa eoꝝ q audiebāt corona.Catulus quēdā deriſit q cū a caluo uatiniana crimina oīa diligētiſſime explicarent:admiratus ē tā puſillū oratorē & breuis ſtaturæ homunculū eē tā uehemētē in accuſando tanq; diſertū i eloquēdo:cōtextus aūt & ordo uerſiculoꝝ ſic ē digerēdus:ut dicat catullus riſiſſe ſe quēdā e corona eoꝝ.ſ.q in corona ſtabāt circa iudiciū ſubſellia:& legēdū eſt:crimina uatiniana:nō aūt carmina.cū caluus.n.meus inqt catullus explicaſſet mirifice uatiniana crimina ex more.ſ. firmi ueriq; accuſatoris:ille admirās & manus ſimul ad cælū tollēs q̄ſi p ſtuporē exclamauit:Dii magni ſalaputiū diſertū:ita.n.appellauit caluū a puitate ſtaturæ:tanq̄ uocabulū hoc iſtud ſignet:& ita ſignificare euidēter oſtēdit Sene.li.iiii.ſuaſoriaꝝ cū ſic ait.erat caluus puulus ſtatura:pp qd ēt catullus in hēdecaſyllabis uocat illū ſalaputiū diſertū.Quod uero ſeqt in carmine catulliano.Othonis caput oppido ē Puſillū:nō othonis exiſtimo legēdū:ſed actoris:q.n.uicinitas ē othonis & calui cū nuſq̄ dicat caluus otho ut ſit ſenſus cōnexus & q̄drās.ille.n.quē riſit Catullus:ubi Salaputiū diſertū uocauit caluū pp ſtaturæ breuitatē:illico ſubiūxit. ualde qdē actoris.ſ.calui q actōe accuſatoria inſectabat uatiniū.Puſillū ē caput:& ita ſales catulliani eluceſcūt.Sed hæc dictio Salaputiū:q diu torſit igenia curioſoꝝ enarrāda ē nō inuertēda: nā qdā nugalia q̄dā cōmēti ſūt ut Solopochiū legerēt q̄ſi totū cubitalē alii Salapantiō:alii alia ficticia & ſubabſurda.Nos exiſtimamus legēdum eē Salapuſiū:nāq; puſus & puſius & puſio dr apud latinos ueteres puer:qd eruditoꝝ & i primis Mar.Varronis teſtimonio ſatis liquet.hinc Salapuſius dictus caluus tanq̄ puer ob ſtaturam puerilem Plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis:tanq̄ a ſale & puſius compoſito uocabulo.Quod ſi Salaputium ut habent oēs codices legere uellimus:nihil prohibet:nā inter litteram.T.&.S.eſt quædam quaſi cognatio ut grāmatici docēt.Vñ pultare p pulſare:mertare p merſare uſurpabant.& ita ſalaputium quaſi ſalapuſiū ſine ulla iuerſiōe cōmode enūciabis:& in eo ſignificatu accipies:quē nos primi:abſit inuidia uerbo : ex nr̄a officina depromſimus:iam ex hoc nr̄o interptamēto clareſcit opinor catullianum epigrāma.Qui melius: qd habet in mediū ferat:& candidus impartiatur:qui non hēt nr̄a ne uellicet:ſed iā domū repedandū eſt.

Enarratio loci catulliani

Salaputiū qd apud catullum

M.AN. C.Oppio:ad quē multi referūt cōmētarioꝝ ſupplemētū. Subita uelatudine: inopinato morbo. Diuerſorio:meritorio hoſpitio. Loco:lecto:ut Plutar.ait. Sub diuo:i apto:plutar.in prima tugurii pte:nō extra cū aliis decubuiſſe ſcribit. Graſſatoꝝ:latronū. Siccarioꝝ:ferro graſantiū. Parē grām: p meritis debitam. Simultates:odioſas contentiōes. C.Memmii:deMemmio & fœda eius obtrectatiōne ſupra. Suffragator:ſuffragādi fautor. C.Caluo:de hoc quoq; eodem capite.

poſt famoſa epigrammata de recōciliatione p amicos agenti ultro ac prior ſcripſit. Valerium Catullum a quo ſibi uerſiculis de mamura perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat ſatiſſaciētem eadem die adhibuit cœnæ : hoſpitioq; patris eius:ſicut conſueuerat ita perſeuerauit.

De lenitate & manſuetudine eius in ulciſcendo iniurias ſibi factas.

SEd & in ulciſcēdo natura leniſſimis:patas a qbꝰ captus ē:cū in ditionē redegiſſet:qm̄ ſuffixuꝝ ſe cruci ante iurauerat:iugulari prius iuſſit.deinde ſuffigi.Cornelio Phagitæ,cuius quodā nocturnas iſidias æger

PHI. Verſiculis de mamura: mamura formianus pfectus fabrorū Cæſaris in gallia fuit: quē primū Romæ cruſta marmoris operuiſſe parietes totius domus ſuæ in celio mōte:Cor.nepos tradidit.hic nāq; ē mamura. ut uerbis pliniāis utar.Catulli uerōneſis carminibus pſciſſus. Carmīa aūt qbus mamura Cæſarq; iūcti carpunt & lacerant a Catullo: ſunt in illo epigrammate. Quis

hoc ꝑt uideř:qs ꝑt pati niſi ípudicus & uorax & aleo:mamuré hře:qđ comata gallia & í alio hédecaſillabo de eiſdé ita ſcribit:pulchre cõuéit íprobis cynedis mamure paticoq; cæſariq; his uerſiculis catulliáis cæſar haud dubie factus é ſtigmaticus hoc é ſtigmate & nota íutus ífamatuſq;. Stigmata:ſuggillatões & ífamie notas:tráſlatio a ſtigmatibus q́ inurűť ſtigmata ut ait Pli.deléť colúbino fimo Marti.ſtigmata delet eros.
Satiſfaciété:ſatiſfaceř é tm̃ faceř q̃tű ſatis ſit irato ad uídictá.auctor Aſco. Iugulari prius.Deíde ſuffigi. Quos ſupra latío uocabulo ꝑdões noíauit:hic græca dictõe:ſʒ apđ nřos uſitatiſſima piratas appellat.exiſtimaťát dici πειρατης.i.pirata a πειρῶ qđ ſignat tráſeo qa pirate ſꝑ Maria ꝑmeát:íde piraticá faceř dicűtur ꝑdões.ait Quí.í.viii.dubitaſſe ſuos ꝑceptores an ita piratica dicéda eét:ſicuti muſica & fabrica dř.Plutar.ſcribit Cæ.a ꝑdõibꝯ captű ſolitű illis poemata ſua legeř:& paꝝ laudátes uocar αναισθητους και βαρβαρους.i.íſenſatos & barbaros:& cű riſu íterdű minabať κρεμαν αυτους qđ íp̄os.ſ. patibulo afficeret qđ & paulopoſt fecit:ná ꝑgami ad unű oés προσηλωσεν.i.ſuffixit cruci.tráqllus ait prius iugulatos eſſe mox ſuffixos ſupplicii cruciatuſq; leniédi cá.Feneſtela uero ſeriptor uetus & grauis q obiit nouiſſimo tiberii Cæ.prícipatu ait í.ii.epitomatõ:quéadmodű cæſar a piratis captꝯ eos poſtea cepit & đcollauerit ita.n. ſecuri ceſos dicebát:iugulař át & decollař an cõueniát uiderit eruditi.íterdű iugulař ad íanimata tráſferť: Marci.ſcelus é iugulař phalemű:& ſine ferto iugulari dř Cor.cel.Quartana nemine iugulat. Corne.pha. hic é ille Corne.dux militű ſylláoꝝ a quo íqſitoř Cæſar duobꝯ ſe:talétis redemit qñ í ſabinis deliteſcés diligéter íqrebať a ſylláis táq̃ Mariáus.A máu elegáter antiq a máu ſeruos appellabát:quoꝝ máu ad lřas ſcribédas utebáť:q alio noíe ad manű dicűť:uñ ait Ci.Liciniű ſeruű ſibi gracchus hűit ad manű: iſta.n ꝑticula.a.& ab.elegáter eruditaq; ſignificatõe uſurpať a luculétis ſcriptoribus:ut a máu a pedibus a libellis ab ep̄lis a rõnibus a ſtudiis noíemus illos:quoꝝ miſterio utimur:qq; his rebꝯ ꝑſűt q̃s cű hac ꝑticula a.cõiungimus.Videnť át dici a máu:q ſcribæ ſűt quos alibi tráqllus.A manuéſes peculiari uocabulo appellat hoc ꝑtereűdű ĩĩ é:qꝓ quos a pedibus diximus uocari ueteres dixere circűpedes:uñ ait Agretius: circűpedes ſűt obſeqa ſeruoꝝ.antepedes amicoꝝ.Ci.circűpedes át hoíes formoſos & lřatos ſuos eé dicebat.Idé tñ dixit in ep̄lis ad atticű:polucé ſeruű a pedibus romá miſſum:& martialis ait:nõ méſa tibi poniť a pedibus.

Decolare

A pedibus

A libellis

A rõnibus

Circumpedes

caliga maximini ĩperatoris prouerbiũ eſt apud Iuliũ Capitolinũ: qui ait calciamẽtũ maximini fuiſſe maius hoĩs ueſtigio atq; mẽſura. Vnde uulgo tractũ fuit: ut de lõgis & ĩeptis hoĩbus diceret̃ caliga maximini. a caliga caligaris clauus dictus: ad quem eſt illud ſatyrici poetæ referẽdũ eſt & ĩ digito clauus mihi militis heret. Ceruleo uexillo: cũ uirtute & opera Marci Agrippæ ſextus Pompeius nauali prælio profligatus fuiſſet merito ei dono dedit Cæſar uexillũ ceruleũ hoc eſt glauci mariniq; coloris: ut inſigne eẽt maritimi prælii naualiſq; uictoriæ. tradit Seruius ĩ octauo æneidos cõmẽtario: q̃ ĩperator Romanus iturus ad bellũ cum exercitu ex capitolio proferebat duo uexilla: alterũ roſeũ: quod pedites euocabat & alterũ ceruleũ: qđ erat equitũ. nã ceruleus color eſt maris: a cuius deo neptuno equũ cõſtat inuẽtũ praeterea ſcribunt idẽ ſeruius & Plinius auguſtũ tribuiſſe Marco Agrippæ coronã roſtratam: quia uicerat ſextum Pompeiũ nauali certamine. roſtrata autem corõa eſt qua donari ſolet maritimo p̃lio q primus in hoſtiũ nauem ui armatus trãſiliuit. ea quaſi nauiũ roſtris ĩſignita fieri ex auro ſolebat Ceruleus autẽ color eſt maris quẽ uenetũ quoq; & thalaſicum appellari ab eruditis docuimus in libro annotationũ. Gellius quoq; in ſecũdo refert ceruleum colorẽ eſſe uiridem: qui græco uerbo a latinis uſitato dicit̃ glaucus. ſentitq; ceſiũ eſſe eundẽ: cum ait. Noſtris latinis ueteribus ceſia dicta eſt quæ a græcis glaucopis dr̃ ut nigidius ait de colore cœli q̃ſi cœlia glaucopis autẽ epitheton eſt mineruæ quaſi habẽtis oculos glaucos homerus γλαυκῶπισ ἀθήνη. Triũphales: quẽadmodũ cõſulares dicũtur qui olim geſſerũt cõſulatũ: ita triumphales uiri qui aliquãdo triũpharũt. Nũquã donis: Auguſtus nulla unq̃ dona militaria impartiuerat uiris triũphalibus participibuſq; uictoriarũ: tanq̃ indecorum eſſet dõare his: q & ipſi eãdem donãdi facultatem habuiſſent. Quam feſtinationem: apud liuium ſic ait fabius: feſtinatio improuida eſt & ceca & idem temeritatẽ præterq̃ q̃ ſtulta ſit infœlicem etiam eſſe demõſtrat. σπεῦλε βραλέωσ. uerba græca ſunt: quæ ita interprætantur. feſtina tarde: cautus enim eſt melior q̃ temerarius imperator militaris. Au. gellius ſcribit libro nono noctium atticarũ diuũ auguſtũ ſolitũ eſſe dicere ĩ ſermõibus & ſcribere ĩ epiſtolis. σπεῦλε βραλέωσ. i. matura p̃ qđ mõebat ut ad rẽ agẽdã ſil' adhiberet̃ ĩduſtriæ celeritas & diligẽtiæ tarditas. ex q̃bus duobus cõtrariis fit maturitas. Et ſat celeriter fieri: ſnĩa catoniana ẽ ſat cito ſi ſat bñ: q cũ a p̃fecto oratore ĩ p̃faciũcula diceret̃ riſiſſe ſe Hieronymus ad huc adoleſcẽtulus p̃fitet̃ in epiſtola ad pãmachiũ cõſulatoria: ubi ſubiũgit: meminiſſe te puto erroris mutui q̃ñ oẽ atheneũ ſcholaſticorũ uocibus cõſonabat. ſat cito ſi ſat bñ. Spes & metus: anthitheton ẽ: ſpei enĩ oppõitur metus. cũ illa ſit de futuro bono: hic de futuro malo. Aureo hamo piſcãtibus: ſextus Aurelius. Arma niſi maioris emolumẽti cã nequaquã mouẽda eẽ dicebat Auguſtus: ne compendio tenui iactura graui petita uictoria ſimilis ſit hamo aureo piſcãtibus: cuius abrupti amiſſiq; detrimentum nullo capturæ lucro compenſari poteſt.

Vexilla duo
Ceruleum
Roſeũ
Roſtrata corona
uenetus color
Ceſius
Glaucus
Sat cito ſi ſat bene

M. AN. Caligatis: caliga militari habitu præditis: ac q̃ſi grægariis: & obſcuræ militiæ hoĩbus dicere uoluiſſet: ſed de caliga militari ſuo loco. M. Agrippã: p̃ quẽ naualẽ uictoriã fuerat adeptus. Cæruleo uexillo: colore marinis fluctibus ſĩli. Sextus põpeius & ĩpe: ut Appiãus ſcribit: ob multiplices maris ſucceſſus cærulũ paludamẽtũ p̃ puerpereo ĩduit: Seruius auctor ẽ: Cæruleũ uexillũ eq̃tũ halas apud maiores cogere ſolitũ: ob id credo: q̃a & Neptunus equeſter ab initio Rõæ cultus ẽ: & q̃a equus eidẽ numini aſcribit̃ uerg. Tuq; o cui p̃ria frementẽ: Fudit equũ magno tellus p̃cuſſa tridẽti: ẽ cæruleus color medius ĩter uiridẽ & nigrũ: ut Seruio placet: eũdẽ græci glaucũ. Latini rurſus & ceſiũ dixere: q̃ſi cæliũ a cœli colore: ut Nigidius tradidit. Triũphales: eos q triũphũ egiſſent. Donis ĩpartiẽdos. militaribus donis ornandos. Quod ius habuiſſet: reddit cãm cur eiuſmodi iuris nulla ĩpartiuerit dõa: parũ. n. decorũ uiſum eẽt eos ab aliquo ea munere exigere: aut accipere: quæ aliis tribuẽdi ipſi poteſtatẽ quãdoq; habuiſſent. Imperfecto: in optimo & conſumato. σπεῦλε βραλέωσ γάρ ἐξιαμείνων ἢ θρασὺσ στρατιλάτησ: hoc eſt feſtina tarde Cautus. n. melior ẽ q̃ temerarius p̃tor. Emolumẽti: lucri. Nulla captura: nullũ capti priſcis p̃cium.

Leges ãnales

PHI. Ante tp̃s. i. p̃ſcriptũ a legibus: q̃ annales dicunt̃. & enĩ inquit cicero in quinta philippica. legibus annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant adoleſcentiæ temeritatem uerebantur. itaq; maiores noſtri ueteres illi admodum antiquas leges annales nõ hẽbant quas multis poſt ãnis attulit

ambitio.cenſet itaq; Cicero ut Cæſar auguſtus ſoluatur a legibus annalibus:& allegat exempla nobilium romanorũ.qui admodum adoleſcentes conſules facti tantas res geſſerunt ut imperium po. Ro. auxerint nomen ornauerint.ſenatus auctore appiano indulſit Cæſari auguſto:ut conſulatum petere poſſet per decennium anteq̃ per legem liceret leges annales alio uocabulo comitiales dixerũt ut oſtẽdit pacatus ſic ſcribens in hanc ſententiam.in præturis aut ædilitatibus capeſcendis ætas ſpectata ſit petitorum:nec quiſquã tantum ualuerit nobilitate uel gratia:uel pecunia qui annos comitiali lege præſcriptos feſtinatis honoribus occuparit. Noui generis:ut triumuiratũ. Perpetuos:ut tribunitiam poteſtatem:quam perpetuam recepit. Miſſiſq;:ſcribit appianus auguſtum miſiſſe ad ciceronem ut pro ſe peteret conſulatum uidelicet aſſerentem ſe cõſulis nomine duntaxat contẽtũ fore:ciceronem uero conſulatus futurum gubernatorem atq; magiſtrum præterea turmarum duces ad ſenatum mittendos ſtatuerunt:qui conſulatum cæſari dandum poſtularẽt:quibus quidam ſenatores obſtrepere cœperunt quod cum intellexiſſet exercitus iracundia flagrans ſe ad urbem deduci proclamauit ueluti auguſtum cæſaris filium facturus conſulem. Sagulo:ueſtimento militari de ſagis & ſagatis diximus in primo commẽtario. Virgilius uirgatis lucent ſagulis.

De conſularibus & aliis geſtis per eum.

Magiſtratus atq; honores & ante tp̃s & quoſdã noui generis ꝑpetuoſq; cœpit. Conſulatũ.xx. ætatis anno iuaſit:admotis hoſtiliter ad urbem legionibus:miſſiſq; qui ſibi nomine exercitus depoſcerent. Cum quidã cunctãte ſenatu Cor.cẽturio prĩceps legatiõis reiecto ſagulo oſtendens gladii capulum non dubitaſſet in curia dicere hic faciet ſi non feceritis uos. Secũdũ conſulatũ

Capulum:capulum dici uoluerunt antiqui loculum in quo cadauera portabantur:græce pheretron appellatur.a capiendo capulus dictus.inde ſenex capularis uocat̃ a plauto iam morti uicinus:& priſci auctore placiade reos capulares dicebant:qui capulo digni eſſent:& lucilius ait pergit capulare cadauer capulus quoq; ſignificat manubrium gladii:in quo ſignificato hic accipitur.ſcribit plinius indos factitare capulos gladiorum de ſordonice gemma.apud plautum in caſſina iocus eſt fœſtiuiſſimus:quo ſub nomine capuli ſignificatur manubrium membri uirilis ſic enim inquit olympio uillicus. Dum gladium quæro ne habeat arripio capulum. Hic faciet.ſ.gladius:quaſi dicere uellet:ui & armis milites facturos auguſtum cõſulem:ſi ex ſenatus decreto non fieret.ſimile eſt exemplum illius centurionis:qui a Cæſare dictatore romam miſſus ſtans pro foribus curiæ cũ tempus imperii minime Cæſari prorogari cognouiſſet : concuſſo manu gladii capulo:hic prorogabit inquit. Poſt nouem annos.a primo.ſ.cõſulatu.lege cautũ erat apud romanos:ne quis eundem magiſtratum intra.x.annos caperet.auctores Liuius in.vii.& Cicero lib.iii.de legibus.ſed auguſtus huiuſce legis fuit præuaricator. Continuauit:ſine aliquo temporis interuallo. Recuſatis:conſularibus.xii.conſulatum. Interuallo temporis ſpacio:intercapedine:interſtitio. Biẽnio poſt a duodecimo ſcilicet conſulatu. Filios:ſcilicet per adoptionem de quibus paulopoſt. Tyrocinio:tyrocinium præter illud militare rudimentũ dici ab eruditis ſolet quando adoleſcentuli togam ſumũt & barbam ponũt.Eloquentiamq; in foro auſpicantur.tunc enim & ipſi tyrones dicebantur:& illa pria actio tyrocinium.Seneca libro tertio declamationum.Ille in foro primũ dicturus tyro dictus eſt.tyrocinii die induebant̃ togaq; pura eſt cognominata.unde ait Plinius li.viii.tanaquil prima texuit rectam tunicam qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur nouæq; nuptæ.Et marcus Tullius in epiſtolis ad atticũ in tyrocinio filii ciceronis togam puram illi dediſſe ſe arpini ſcribit:Infra refert tranquillus caligulam togã ſumpſiſſe barbamq; poſuiſſe ſine ullo honore:qualis contigerat tyrocinio fratrum eius.Idem tradit quemadmodum nero deductus in foro tyro populo cõgiariũ:militi dõatiuum propoſuit. De hoc itaq; tyrocinio intelligas hoc loco indubitanter.& eſt ſenſus auguſtũ ſponte petiiſſe duodecimũ & tertiũdecimũ conſulatũ:ut conſul filios deduceret hoc eſt comitaretur in forũ maximo honore ad auſpicandam eloquentiã ſumpta toga pura.De hoc tyrocinio uidet̃ Seneca loq cũ ait.Quantũ ſenſeris gaudiũ:cum prætexta poſita ſumpſiſti uirilem togam & in forũ deductus es. Suo quemq;:maiorem natu in.xii. conſulatu minore natu in.xiii. Annuos:eſt enim cõſulatus annus magiſtratus. Secundum:conſulatum:Pauciſſimis horis: quia ſtatim iniit conſulatum & ſtatim depoſuit.

Capulus

Capulares rei

Tyrociniũ toga pura

M.AN. Ante tempus:ut conſulatum.quum ante.xxx.annũ lege creari non poſſet.Plutar.nondum inquit.xxx.natus annos cõſul fit. Perpetuos:ut tribunatũ & cenſurã. Inuaſit : ui ciuitati expreſſum. Hoſtiliter:minaciter:ut hoſtis.Appianus & Liuius ſunt auctores. Cũctante:tardius decernente. Princeps legationis:legatorum primus. Sagulo:militari ueſte. Capulum:manubriũ:ut ſatyri uerbo utar.Iuuenalis: Manubria cultellorũ:Cæterũ.Ver.Capulo tenus abdidit enſem.

PHI. Pro æde:ante templum:iouis capitolini. oſtendit Liuius conſules die initi magiſtratus ſolitos fuiſſe adire omne templum iouis & proficiſci in capitolium ad uota nuncupanda. Calendis ianua:q dies ſolemnis erat ineũdis magiſtratibus aliquando tamen alii dies fuerunt huic ſolemnitati attributi:ſicut olim idus maias fuiſſe ſolemnes ineũdis magiſtratibus refert Liuius in.iiii.idem in.v.idos decembres ſo-

lemnem fuiſſe ineũdis magiſtratibus diem prodidit. Idem memorat conſules iniſſe conſulatũ olim calendis ſextilibus: qa principiũ anni eo die agebať. idẽ. xxxi. ait ꝙ idibus marciis olĩ cõſulatus inibať. Carruli ſella Cal. ianua. noui cõſules inibant magiſtratũ & in ſella eburnea ſedere ſolebãt de qua ĩtellexit Ouidius illo uerſu ex primo faſtoꝝ. & noua cõſpicuũ pondera ſentit ebur. & Oratius in prĩo epiſtolaꝝ ſic inquit.

Ebur curule.

Dabit eripietq; curule cui uolet ĩportunus ebur. Currulis aũt ſella ob eam cãm appellať: qđ curru honoris gratia ſoliti erant in curiã uehi ſenatores qui currulẽ magiſtratũ hoc eſt maiorem honorem geſſiſſent: in quo curru ſella eſſet ſupra quam cõſiderent.

Currulis ſella

Honore abiit: Conſulatũ depoſuit. Suffecto: ſubſtituto ſubrogato. Nec oẽs ro. ſoliti erãt conſules deſignati iure conſulatũ Romæ & non alibi. Inde flaminius cũ arimini & non Romæ cõſulatũ iniiſſet iram mouit ſenatoribus: tãq̃ pollutor & euerſor ueteris inſtituti: nũc ait tranqllus auguſtũ ſiliť cõſulatus iniiſſe diuerſis ĩ locis. Samo: de hac inſula ſuperius nimis multa. Taracone: tarraco ciuitas eſt Hiſpaniæ ſcipionũ opus: tarraconenſia uina nobilitanť elegantia. Inde a ſilio dictũ eſt. Dat tarraco pubẽ uitifera & latio tm̃ ceſſura lyeo. Eiuſdẽ ſententiæ aſtipulator eſt epigrãmaticus poeta qui ait ĩ xeniis: Tarraco campano tantũ ceſſura lyeo.

Tarraco. Vina tarraconẽſia

Triũuiratum: a numero uirorũ magiſtratus interdum appellanť: ut quatuor uiratus. decẽuiratus & triũuiratus fuerunt enĩ tres Auguſtus: Antõius: & lepidus: q triũuiratũ inierunt non tã ro. rem publicã reformaturi q̃ crudelitate & ꝓſcriptiõibus euerſuri. Collegis: Antonio & lepido. Ne qua fieret proſcriptio: Hæc eſt illa nefaria proſcriptio qua imprimis Cicero ꝓſcriptus fuit una cũ filio fratre fratriſq; filio omnibus deniq; clientibus & amicis: cum tamẽ diu recuſaſſet Auguſtus proſcribi Ciceronem: quem patrem appellare ſolebat. Tandem expugnatus Ciceronem proſcribi conceſſit Antonio hac conditione: ut Antonius ſibi. L. Cæſarem auunculum. & Lepidus Paulum fratrem proſcribẽdos necãdoſq; cõcederent. Ne cui parceretur: ſcribit tamen Appianus & metellum & Marcũ proſcriptos a Cæſare Auguſto incolumes ſeruatos eſſe: cũ metello ob filiũ peperciſſet: & marcũ Agrippæ cauſa ex proſcriptorum numero exemiſſet. Caium Troiano: De hoc appianus. Erat inter proſcriptos. C. toranius: a nõnullis Cæſaris procurator habitus. Alius fuit Toranius ille mango: cuius ſymphoniacis ĩter cœnã delectatus eſt auguſtus: quãuis qdam macrobii codices nõ toranium ſcriptũ habeant ſe turoniũ. eiuſdem toranii meminit Pli. in ſeptimo. Præterita tanq̃ iuſtis de cauſis proſcriptionẽ illam feciſſent: præterita ut inqt annibal apud Liuium: magis reprendi poſſunt q̃ corrigi. eadem ſententia hiſdem uerbis apud eundem uſurpatur a philippo.

Toranius mãgo

poſt. ix. annos. Tertiũ anno interiecto geſſit: ſequẽtes uſq; ad. xi. cõtinuauit. Multiſq; mox cũ deferẽť recuſatis duodecimũ magno. i. ſeptẽdeci annoꝝ ĩteruallo: & rurſus. xiii. biẽnio poſt ultro petiit: ut. C. &. L. filios ãpliſſimo ꝓditus magiſtratu ſuo quẽq; tyrocinio deduceret in foꝝ. Quinq; medios cõſulatus a ſexto ad. xi. annuos geſſit. Cæteros aũt ſex aut. ix. aut ſex: aut q̃tuor: aut tribus mẽſibus ſcđm uero pauciſſimis horis. Nã die calẽ. Ianu. cũ mane ꝑ æde capitolini iouis paululũ curruli ſella ꝓſediſſet honore abiit ſuffecto alio ĩ locũ ſuũ. nec oẽs romæ ſed q̃rtũ cõſulatũ in aſia quintum in inſulis ſamo: octauum: &. ix. taracone iniit.

De geſtis ꝑ eũ ĩ officiis triũuiratis & tribunitiæ poteſtatis.

TRiũuiratũ reip. cõſtituẽdæ p. x. ãnos admiſtrauit ĩ quo reſtitit aliquãdiu collegis: ne q̃ fieret proſcriptio: ſed ĩceptã utroq; acerbius exercuit. Nãq; illis ĩ multoꝝ ſæpe pſonã ꝑ gratiã & ꝓces exorabilibus. ſolus magnope cõtẽdit: ne cui parcereť: ꝓſcripſitq; ẽt. C. Toraniũ tutorẽ ſuũ: eundẽ collegã patris ſui Octauii in ædilitate. Iunius Saturnius hoc amplius tradit: cum pacta ꝓſcriptiõe. M. Lepidus ĩ ſenatu excuſaſſet ꝓterita & ſpẽ clementię in poſterum feciſſet: quoniã ſatis pœnaꝝ exactum eẽt.

M. AN. Poſt nouem annos: undetrigeſimo uitæ anno. Septẽdecĩ: decimo ſeptimo anno. Gellius: qui minores eſſent armis ſeptẽdecĩ. C. &. L. agrippæ & Iuliæ filios: ꝗ ſibi adoptarat. Magiſtratu: conſulatu ſuo tyrocinio: noua rudiq; exercitatione ut duodecimo auguſti conſulatu Caium in foꝝ traductum ĩtelligas tertiodecimo: quem biennio poſt geſſit Luciũ eius fratrem. Annuos: per ĩtegrũ annũ. Capitolini iouis: quo noui conſules primo honoris die conſcedebant. Oui. & Tranquil. in Cæſare id docent. Taracone: nobiliſſimo citerioris Hiſpaniæ oppido unde & ipſa Taraconenſis appellata. Triumuiratũ: quem ad rẽ pu. arbitrio cõſtituendã cũ Lepido & antonio iniit. Proſcriptio: eã alio loco in Labinii flu. ĩſula factã oſtẽdimus. Exorabilibus: gr̃æ & præcibus facile ceſſuris. Cõtẽdit: ꝑtinaciter obſtitit. Ne cui parceretur: ſed appiano auctore conſtat proſcriptoꝝ quoſdã numero per gratiã exẽptos. Tutorẽ: gubernatorẽ: ſiue defenſorẽ potius quaſi tutorẽ: ut Vulp. interpræctať: dictũ eſt. n. tutor: cui ciuili iure poteſtas eſt liberi capitis tuendi eius dico qui per ætatem ſe ponte tueri nequeat. Peracta proſcriptione: ſumpto de proſcriptis ſupplicio. Satis pœnarũ: quas ad ſacietatem & faſtidiũ dicerent. Exactũ ſumptum.

Hunc e diuerſo profeſſum ita modū ſe ꝓſcribendi ſtatuiſſe: ut omnia ſibi reliquærit libera: in cuius tñ ꝑtinacia pœnitētiam. T. Iunium Philopemenem: quod patronum ſuū proſcriptū cælaſſe olim diceretur equæſtri dignitate decorauit. In eadem hac poteſtate multiplici flagrauit inuidia: nā & Pinariū equitem Roma. cum contionāte ſe admiſſa turba paganoꝝ apud milites ſubſcribere quædā aīaduertiſſet: curioſum & ſpeculatorem ratus coram cōfodi īperauit: & Tediū Afrum cōſulē deſignatū: quia factū quodam ſuum

PHI. Húc:auguſtū. Modū:terminū & finē. Reliq̄rit libera:tāq̄ adhuc ꝓſcribere poſſet quoſcunqꝫ ei libitū fuiſſet. Proſcriptū cælaſſe:multi liberti fideliſſimi extitiſſe ferūt erga patronos ꝓſcriptos : multiqꝫ ſerui dños ſeruauerūt:q̄ oīa ſi noſce cupis ꝑlege librū q̄rtū belloꝝ ciuiliū ab Appiano diligētiſſime ꝑſcriptū. Poteſtate:triūuiratu. Pinariū:ī ſupioribus dictū ē de familia pinarioꝝ īclyta.q̄ cuſtodes fuerūt ſacri herculanei:cū potitii extis ſolēnibus ueſcerent. Admiſſa:ītroducta ab Auguſto. Turba paganorum plæraqꝫ uocabula ſūt:q̄ apud eruditos aliud īterdū ſignificāt q̄ uulgus exiſtimet & grāmatici ꝓdiderit:ſicuti eſt paganus uocabulū in ſermōibus celebre atqꝫ obuiū cuius tñ ſignificātia nō oībus ſatis ē ꝑſpecta ut ī hoc Trāquilli loco nō enī hic pagani ꝓ ruſticāis ſignificatōe illa uulgāria accipiunt:ſed ꝓ hoībus nō militātibus : tā & ſi urbāi ſint:& eſt uerbū peculiare iuriſcōſultoꝝ:a q̄bus hæc duo ꝑinde ac cōtraria opponūt : miles & pagāus:qđ ut magis colliquēſcat:auctoritate legali demōſtrabit. Vulpianus titulo de militari teſtō:ē reſcriptū a diuo pio in eo:q̄ cū eēt paganus fecit teſtm̄:mox militare cœpit. Idē quēadmodū plæriqꝫ pagani ſolēt cū teſtm̄ faciūt per ſcripturā adiicere uelle. Idē in titulo de irrito facto teſtō ſi paganus q̄ habebat iā factū teſtm̄ aliud feciſſet:& ī eo cōprændiſſet fidei hæredes cōmittere prius teſtm̄ ruptū ē. Martianus quoqꝫ ait. Timebat an tale aliq̄d & in paganoꝝ teſtamētis īdulgēdū eēt. Exꝑſſius tertulus hoc ſignificat cū ait oī mō poſthumus rūpet illius teſtm̄ ſed ſiq̄dē pagāo iā illo facto natus ſit. Quinetiā Paulus ſic ſcribit:fecit teſtm̄ exēplo eius: qui paganus fecit:Deīde militare cœpit. Idē de liberis & poſthumis. filiuſfamilias miles ſimiliter ut paganus nominatim a patre hæres ſcribi debet. His oībus exēplis euidēter oſtendit paganū militi ueluti diuerſum cōponi:tanq̄ non militantē militanti:quod etiā in.ii.lib.inſtitutionū liquido cognoſces:ubi in titulo de militari teſtamēto uerba ſcripta ſunt:ſed teſtari q̄dem & ſi filiiſamilias ſunt propter militiā cōcedūtur iure tamē cōi eadē obſeruatione & in eoꝝ teſtamētis adhibēda:quā in teſtamentis paganorū proximis expoſuimus. Nimiꝝ īperator titulo ꝓximo locutus eſt de teſtamēto ciuiū romanoꝝ : q̄ milites non ſunt ut paganoꝝ exponas pro nō militantiū. Hinc plane illud eſt non minus ſcienter q̄ eleganter dictū a Iuuenale citius falſum producere teſtē contra paganū poſſis q̄ uera loquētē contra fortunam armati cōtraqꝫ pudorē:quo in loco enarratores nihil occulti ſubeſſe ſuſpicantes paganū ſimpliciter exponūt pro ruſticū in pagis degentem. cū poeta erudite paganū oppoſuerit armato tanq̄ nō militantē militanti. quæ tota ſentētia ex iuriſcōſultoꝝ crebriori elocutiōe deducta eſt:ſiquis rē totā nō ſomniculoſe perpēderit. Itidē Tranq̄llus hic paganos haud dubie intelligi uoluit pro romanis nō militātibus. cū ad oppidicos concionetur nō ad ruſticos. & ē ſenſus pinariū iuſſu Auguſti cōfoſſum fuiſſe:cū quædā apud milites ſubnotaret ueluti ſpeculator militatis ipſo concionante apud paganos hoc eſt non militantes. Cæteꝝ dū ſtudioſe & diligēter inquiro:quo modo pagani dicantur qui urbani ſunt uideor reperiſſe apud Dionyſiū in.iiii. antiquitatum q̄ roma diuiſa erat in tribus.iiii. quas pagos uocitabāt in q̄bus habitātes pagani dicebant qui in nullam aliā habitationē trāſferri poterant. Curioſum:ſnīa uetus eſt:nemo eſt curioſus q̄ non ſit maleuolus:quicunqꝫ ut ait Iulius firmicus in.yiii. Matheſeos oriente capræ ſidere naſcentur:erunt curioſi omniū reꝝ : ut ſemꝑ noua queqꝫ curioſa deſiderii cupiditate ſectentur. Seneca curioſum ait nobis natura ingeniū dedit. Speculatorem:exploratorem eoꝝ:quæ ipſe diceret pro concione. ſpeculator auctore Varrone eſt quem mittimus ante ut reſpiciat quæ uolumus. Si non primus inuenit in bello Troiano ſpecularē ſignificationem natus ſubſydere æqui celeſtis erit ſpeculator. ut docet maternus ī.yiii. Subſcribere. ſubſcriptores ī cauſarum actione dicūtur:qui accuſatorem poſſunt adiuuare:quos oportet ſummiſſius agere q̄ dicit ille quē ſequūtur. Inde ſubſcribere ſignificat fauere in quo ſignificato dictum ē illud Columellæ:q̄ ſi uoto fortuna ſubſcribit. prætērea ſubſcribere eſt ſubnotare ſubſignare. in qua ſignificatione hic accipitur.

Paganus q̄

Locus Iuuenalis

Curioſum

Subſcriptores.

Subſcribere quid.

M.AN. Hunc:Octauium. Profeſſum:aperte denunciaſſe. Modum:finē. Omnia relinquere ſibi integra:ut ſibi integrum eſſet proſcribere quos uellet:ac quotiēs libitū eſſet pertinaciæ pœnitentiam mutati animi argumentū. Patronū ſuū:Philopenē ergo libertū ītellige. eſt.n. p̄ronus liberti corelatiuū. Inuidia:odio. Pinariū de pinariæ familiæ uetuſtate Herculis ſacris ante urbē cōditā admotæ:Plutar. Diony. & Liuius ſatis ſcribūt. cæteꝝ fuerit ne hic Auguſti cohæres:an ex eius gentilibus unus paꝝ ꝑſpici pōt pari rōne:& illud in dubiū uenire poſſet:utrum ab octauio admiſſa dicat paganoꝝ turba. a pinario potius:ſed ad concionantē id melius referas. Paganoꝝ:agreſtiū in pagis agentiū:pagus uilla ἀπὸ τησ πήτησ.i. a fonte:circa quē uillæ conſtitui cōſueuere aut paganoꝝ non militantiū ut quidam interpretantur. Apud milites : qui præſidii cauſa circunſtabant. Subſcribere : ſubnotare aut certe ſignare. Speculatorem:

maligno ſermōe carpſiſſet: tātis cōteruit minis: ut is ſe p̄cipitauerit. Et. Q u. Gallū p̄torē in officio ſalutationis tabellas duplíces ueſte tectas tenētē ſuſpicatus gladiū occulere: nec qc̄q̄ ſtatí: ne aliud inuēiretur auſus inq̄rere: paulopoſt p cēturiōes & milites raptū e tribūali ſeruilē in modū torſit: & fatētē nihil iuſſit occidi: prius oculis eius ſua manu effoſſis: quē tñ̄ ſcribit colloq̄o petito inſidiatū ſibi: cōiectūq̧ ſe in cuſtodiā: deinde urbe interdicta dimiſſum naufragio uel latronū inſidiis periiſſe. Tribunitiā poteſtatē perpetuā recepit in qua ſemel atq̧ iteꝝ p ſingula luſtra collegam ſibi cooptauit: recepit & moꝝ legūq̧ r̄gimē æque ppetuū quo iure quāq̄ ſine cēſuræ honore: cenſum tamē populi ter egit primum ac tertium cum colega medium ſolus.

ſpeculatū ueiſſe: q̄ a ſe diceref. Feſtus ſpeculator eſt inq̄t: q ſilētio hoſtilia pſpicit. Coram: ſe ſpectante. PHI. Carpſiſſet: uituperaſſet rep̄hēdiſſet. neuius uituperōes carptores appellat. In offō ſalutatiōis: moris fuit apud romāos ut pría & ſecūda hora matutina ſalutatū irēt potētiores & prícipes. Martialis prima ſalutātes atq̧ altera cōtinēt hora. ſalutatores priuſq̄ admitterenſ cōſiſtebāt ante fores edium i ueſtibulis Vñ gellius i. iiii. noctiū atticaꝝ ſic ait. In ueſtibulo ediū palatinaꝝ ois fere ordinū multitudo operiētes ſalutationē Cæſaris cōſtiterāt. Tabellas duplices: tabellaꝝ i q̄bus maiores ſcribere ſolebāt plura ſūt genera & noīa. aliæ enī q̄n cuplices: aliæ triplices dicebanſ. Erāt & pugillares citrei: & pugillares eborei: de quibus epigrāmatarius poeta i apophoretis. fuerūt quoq̧ in hoc ordie tabellæ duplices noīatæ a numero ut opinor folioꝝ quaꝝ peculiariter meminit ouidius i primo amoꝝ: tūc ego uos duplices rebus p noīe ſenſi auſpicii numerus nō erat ille boni. de his nunc loq̄ſ Trāquil. & ita duplices erit nomē tabellaꝝ: ſicut triplices & q̄ncuplices. De his affatim ſcripſimus i cōmētariis p pertiāis. Occulere. occultare. Ne aliud: q̄. ſ. gladius: quem occuluiſſe uideri uolebat p inde ac iſidiatorē. Fatentē nihil: utpote inſontē. Interdū tñ̄ ſontes & noxii & nihil in tormētis fatenſ ex patientia ſiue duritia tormētoꝝ: ut nullo mō ab eis ueritas exprimi poſſit. Seruilē in modū: q̄a p prie ſerui torquebanſ i q̄ōnibus cum liberi hoīes torquēdi nō ſint ut tradūt iuriſcōſulti. Scribit: ipſe auguſtus. Vrbe iter dicta: ne. ſ. romæ habitare poſſet interdictus dr̄ & locus & hō & res Ouidius: iterdicta mihi cerniſ italia Gellius philoſophi urbe & italia interdicti ſunt. Tribunitiā ptātē: Cōſueuerūt iperatores romani uſurpare tribūitiā ptātē: q̄ erat ſacroſancta ſcribit ſpartianus adriāo factū eē omen ad p petuā tribunitiā ptātē: q̄d tribunus plæbis factus penulas amiſerit q̄bus uti tribūi plæbis pluuiæ tp̄e ſolebāt: impatores āt nūq̄. Flauius uopiſcus refert tribunitiā poteſtatē eē ptē maximā regalis iperii. Per ſingula luſtra: luſtrū noīatū ē tp̄s q̄nquēnale a luēdo. i. ſoluēdo. q̄d q̄nto quoq̧ anno uectigalia & ultro tributa p cēſores pſoluebāſ. auctor Varro. hiſtoria tradiſ a Liuio li. prio & a Dionyſio libro quarto antiq̄tatū: quēadmodū Seruius Tullius ſextus Ro. rex luſtrū primus condidit: exercitūq̧ oēm ſue oue tauriſq̧ luſtrauit. milia octoginta prío luſtro ciuiū cenſa dicunſ. Cooptauit: ſignificāter locutus ē. Cooptare enī p prie p̄tinet ad electionē collegaꝝ Cicero i bruto cooptatū ſe ab hortēſio i collegiū augurū fuiſſe refert. Liuius i. iii. auctor ē apud romāos legē fuiſſe: q̄ iuberet collegas cooptari ab his tribūis: q creati eēnt. Carmen legis hoc eſt quos ſibi collegas cooptaſſent. ut illi legitimi ea lege tribūi ſint: ut illi quos hodie tribūos plæbei feceritis. Moꝝ regimē: Cenſurā ſignificat: pœnes quā morū diſciplinæq̧ romāæ regimē erat: ut docet Liuius in. iiii. & a Cicerōe cenſura magiſtra pudoris atq̧ modeſtiæ noīaſ: græci cēſurā uocāt τιμητίαν & cēſores τιμητίας q duo erant. Aeque p petuū: cū antiq̄tus cēſura fuerit magiſtratus q̄nquēnalis legē tulit æmilius dictator: ne pluſq̄ annua ac ſemeſtris cēſura eēt p̄terea q̄d ſcitu dignū ē: quotiēs ex duobus cēſoribus alter deceſſiſſet nūq̄ idemortui locū nouus cēſor ſufficiebaſ. Sine cēſuræ honore. cū cēſor nō diceref. uita prícipis ut iq̄t elegāter Pli. cēſura ē eaq̧ perpetua. Cēſū ppl̄i: Seruius Tullius primus apud romāos iſtituit cēſum: rē ut inq̄t Liuius ſaluberrimā iperio Ro. tūc i claſſes cēturiaſq̧ ciuitas romana deſcripta ē. Cū col. ſ. cēſore: duo. n. erāt cēſores: prios cenſui agendo papyriū ſemproniū quæ populus præfecit: cēſores ab re appellati ſūt celebraſ Auguſti ille cenſus quo cenſeri omnes homines iuſſit. quando Chriſtus romano cenſui ſtatim aſcriptus ut natus eſt.

M. AN. Maligno ſer. graui obtrectatiōe. Se p̄cip. ſe ex altiore loco p̄cipitē dederit. Officio ſalu. officii gr̄a ſalutatū ueniſſet. Tabellas duplices: atq̧ ob id magis p minētes. Ne aliud inueniref: q̄ ferrū: ac per hoc uani argueref timoris: aut ne aliud aduerſus ſe paratū: raptum corripi iuſſum. E tribunali: unde ius dicebat. Seruilē i modū: fœde ac crudeliter: uelut mācipiū quoddā. Torſit: cruciatibꝰ affecit. Scribit Octauius. Colloq̄o petito: p colloquii ſpēm iſinuatū. Vrbe iterdicta: cū illi urbe iterdixiſſet extorrēq̧ eiciſſet. Tribūitiā ptātē: ut p petuo tribunus eēt iulius capitolius auctor ē maximū & balbinū ipatores creatos i primis tribūitiā ptātē cōſulari iure recepiſſe. Per ſingula luſtra: luſtꝛ q̄nto quoq̧ āno a cēſoribus cōdebanſ: primuſq̧ oium Seruius Tullus cōdidit: Diōyſius & Liui. ſūt auctores. Collegā coaptaui: mos collegæ i tribūatu coaptādi: auctore Liuio: uetuſtiſſimus: & ut q̄dā auctores ſunt cū ipſa ptāte natus. Morū regimen: cēſuræ: piphraſis eſt. Siue cēſuræ honore: ſine cenſoris appellatiōe: ob idq̧ morū regimen dixit.

Nomina tabellarū

Interdictus.

Impatores non uti penula

Tribunitia poteſtas

Luſtrum

Cooptare

Vita principis.

Cenſura.

Cenſores.

PHI. De reddenda repu.ſcribit dõatus Auguſtũ cogitaſſe de tyrãnide omittenda & repu. ſenatui redlenda túc uirgiliũ ſuaſiſſe ut dñareť.ſi.n.inqt iuſtitiá qđ mõ facis:oibus in futuꝶ diſtribues.dñari te & ti
i cõducet & orbi:Virgilii ſnĩam ſecutus Auguſtus principatũ tenuit:qui ſuapte natura cupidiſſimus erat lominádi:& ut inqt eutropius:ſupra q exiſtimari põt. Diuturnæ ualitudinis:ĩfra latius explicabiť de ua
ſtudine Auguſti. Rationariũ impii:liber:ĩ quo rõnes reꝶ geſtaꝶ cõtinenť dŕ rõnariũ.Rõnarius quoq́ iõ dŕ:q rationariũ cõficit uel qui rõnibus præeſt.Marcellinus:qdã ex mercatore epulento rationarius apparitor. Accitis:ob id euocatis.

De cogitatione reſignandi imperiũ & de ornatu urbis.

DE reddẽda repu.bis cogitauit:prio poſt oppſſum ſtatim Antoniũ memor obiectũ ab eo ſibi ſæpins q̃ſi p ipm ſtaret ne reddereť.Ac rurſus tedio diuturnæ ualitudis:cũ ẽt magiſtratibꝰ:ac ſenatu domũ accitis rõnariũ iperii tradidit:ſed reputãs & ſe priuatũ nõ ſine periculo fore:& illã pluriũ arbitrio temere cõmiti ĩ retinẽda pſeuerauerit:dubiũ euẽtu meliore an uolũtate:quã uolun taté:cũ pſides idẽtidẽ p ſe ferret.Quodã ẽt edicto his uerbis teſtatꝰ ẽ:ita mihi ſaluã ac ſoſpité rẽp.ſiſtere i ſua ſede liceat:atq́ eiꝰ rei fructũ pcipere quẽ peto: ut optimi ſtatus auctor dicar:& moriẽs ut ferã mecum ſpem:mãſura in ueſtigio ſuo fundamẽta.R.P.quæ iecero:fecitq́ ipſe ſe cõpotẽ uoti niſus omni modo:ne quẽ noui ſtatus peniteret.Vrbẽ nãq́ pro maieſtate imperii ornatã:& inundatiõibus incẽdiiſq́ obnoxiam excoluit:adeo ut iure ſit gloriatus mar-

Nõ ſine periculo:ſnĩa phalaridis in epiſtola ad filiũ ſcribentis iõ ſe nolle deponere tyrãnidem qm̃ undiq́ piculis obnoxius foret. Temere committi:megabyzus apud herodotũ dicit multitudine nihil eẽ inſipiẽtius neq́ ĩſolẽtius:cui ſuũ eſt nihil ĩtelligere:apud eundẽ darius unicus uiri principatu q ſit optimus nihil melius eẽ affirmat:uidit Auguſtus temerariũ eẽ cõmittere crederecq́ rẽpu.arbitrio pluriũ:a qbus per factiones diſtraheretur.

An uolũtate:uolũtas & euẽtus pariter de bonitate cõtẽdunt:ut dubiũ ſit an euentus .uolũtatem in Auguſto an uolũtas euentum bonitate ſuperauerit:ſcribit ſextus Aurelius uulgo iactatũ eẽ:de Auguſto:utiná non naſcereť aut
nõ moreret.Ná & ĩ adipiſcendo magiſtratu oppſſor libertatis ẽ habitus:& ĩ gerẽdo prĩceps optimus. Idẽ
tidẽ:frequẽter. Præ ſe ferret.oſtẽderet pmõſtraret. Ita mihi:uerba Auguſti ex dictio ſũt.qbus optat poſ
ſe ſtabilire rẽpu.ita ut moriens ſperet eã in eodẽ ſtatu pmãſurã ſine cõuulſiõe. Siſtere:Firmare:collocare: Siſtere.
cõſtabilire.alias ſiſtere ẽ ſe uel aliũ pſentẽ exhibere ad diẽ pſtitutã corã iudice uel ptore:uñ & uadimoniũ Stitiſſes.
ſiſti dŕ.uerbũ eſt frequẽs apud oratores & iuriſcõſultos.Cato dixit qđ ſi uadimoniũ capite obuoluto ſti-
tiſſes p.i.litterã nõ aũt ſtetiſſes p.e.ſicut falſi emẽdatores nõ emẽdarũt ſed corruperũt. Cõpotẽ uoti:effe
cit qđ optabat. Nixus:p uiribus cõatus. Inũdatiõibus:legimus apud hiſtoricos tyberi ſæpe ſuo ĩcremẽ Inundatio
to urbẽ romã inundaſſe.& detrimẽto maxĩo affeciſſe ſcribit iulius capitolinus inũdationẽ tyberis grauiſ- tyberis
ſimã fuiſſe ſub marco antonio:q & multa uerbis edificia uexauit:& plurima aĩalia ĩteremit & famẽ grauiſ
ſimã peperit.Liuius in.*xxxy*.aquæ ĩgẽtes eo anno fuerũt & tyberis loca plana urbis inũdauit.Circa portã
flumentanã ẽt collapſa quædam ruinis ſunt.Idem alibi.aquæ ingẽtes eo anno fuerunt tyberis duodecies
campũ martiũ planaq́ urbis inũdauit.idem ſæpe meminit tyberi inũdaſſe cũ ſtrage.Plinius quoq́ tradit
in.iii.aquas tyberinas nuſq̃ magis quã in ipſa urbe ſtagnantes fuiſſe ſubitis incrementis tunc monitor ẽ ty
beris & auctu religioſus. Incẽdiis.au.gel.li.noctium atticaꝶ.xiiii.magni inqt redditus urbanorum pdio
rum:ſed pericula ſunt longe maxima:ſiquid autem poſſet remedii fore:ut ne tã aſſidue romæ domus ar-
derent uenũ hercle dediſſem res ruſticas & urbicas emiſſem.ſcribit Iulius capitolinus romæ incẽdiũ fuiſ
ſe temporibus Antonii pii qđ trecentas.xl.domos abſumpſit fuit & tũc inũdatio tyberis.plinius quoq́ in
xxx.indicat romã fuiſſe incẽdiis obnoxiã cũ ait.ex ſalmandris quæ tradunt magi contra incendia:quoniã
ignes ſola aĩalium non extinguat ſi forent uera iam eſſet experta roma:Liuius uolumine ab urbe condita
xxx.annus inſignis incẽdio ingenti quo cliuus publicus ad ſolum exuſtus.idem Romæ fœdũ incendium
per duas noctes ac diem unum tenuit. Obnoxiam:ſubiectam & expoſitam.

M.AN. Reddẽda:i priſtinũ ſtatũ reſtituẽda:qđ &.L.Sylla olim fecerat. Rurſus:iteꝶ. Tedio diuturnæ ualitudinis:aduerſa ualitudie diu cõflictatus. Accitis:ad hoc ipm uocatis. Rõnariũ imperii:librũ in quo oĩs publicæ adminiſtratiõis rõ cõtinebať. Reputãs:cõſiderãs:ſubiicit:nũc cãs:cur rẽpu.in libertatem non reſtituerit. Priuatũ:ſine ĩperio:& in ordinẽ redactum. Sine periculo:ob iniurias in triũuiratu:& reliqua adminiſtratiõe multis illatas. Illã:remp. Plurium arbitrio.ac per hoc non multo poſt in diſcrimẽ rediturам. Committi:credi. Retinenda:adminiſtranda. Euentu:fine qui optimus fuit. In uoluntate quam & ipſam optimam fuiſſe:ex iis quæ ſequuntur poteſt intelligi. Identidem:ſæpius. Siſtere:ſtabilire. Fructum:uoluptatem. Auctor dicar:dicit quem ex ea re fructum expeteret. Manſura : ſtabilia futura. Nixus:enixe operatus. Noui ſtatus:nouæ rerum conditionis. Ornatam:excultam. Inundationibus:Plinius:Nulli inquit fluuiorum minus licet incluſis utrinq́ lateribus:nec tamen ipſe pugnat:quãquã

creber & ſubitis incrementis & nuſquam magis aquis:quam in ipſa urbe ſtagnantibus. quinimmo Vates intelligitur potius ac monitor auctu ſemper religioſus uerius quam ſæuus:ſed purgato alueo inundationes ſublatas Tranquil. intelligit. Incendiis:mutata ædificiorum ratione.

moreã ſe relinq̃re:quã lateritiã accepiſſet. Tutã uero quãtũ præuideri humana rõne potuit etiã in poſteꝝ præſtitit.

De operis publicis per eum & alios inſtructis.



PVblica opa plurima extruxit:ex q̃bꝯ p̃cipua foꝝ cũ æde Martis ultoris templum Apollinis in palatio:ædẽ tonantis iouis in capitolio: fori extruendi cã fuit hoĩum & iudicioꝝ multitudo:quæ uidebat̃ non ſufficientibus duobus ẽt tertio indigere. Itaq; feſtinãtius:necdũ pfecta Martis æde publicatũ ẽ:cautũq; ut ſeparati in eo publica iudicia & ſortitiones iudicũ fierẽt. Aedẽ Marti bello philippenſi ꝓ ultione paterna ſuſcepto nouerat. Sanxit ergo ut de bellis triumphiſq; conſuleretur hic ſenatus: prouincias cum imperio petituri hinc deducerentur:quinq; uictores rediiſſent huc inſignia triumphorum inferrent. Tẽplũ Apollinis ea pte palatinæ domus excitauit. quã fulmĩe

Lateres.

PHI. Lateritiã:lateritiis parietibus extructã. ſũt aũt lateres:q̃ ĩ fornacibꝯ coquunt̃:quoꝝ ut docet Pli.in.xxxv.& uictruuius ĩ.ii. tria ſũt gña:unũ lõgũ ſexq̃pede. latũpede:alterũ tetradoron:tertium pentadoron.ita enim a q̃ttuor & quinq; palmis ꝓut ſunt noĩant̃.nãq; græci antiq̃ doron palmũ uocabãt.parietes lateritii ſi ad ꝑpẽdiculũ fiãt eterni ĩ edificiis credũtur:quos græci nõ ĩprobauerũt. Rectus caſus ſingulatiui nũeri eſt later. Victruuius.ſiue ſilex:ſiue cementũ.aut coctus later ſiue crudus:his erit utendũ. diminutiuũ eſt laterculus.ait curtius laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros babilõis. Eutropius ſic inq̃t ĩ hãc ſñiam auxit ornauitq; Auguſtus Romã ædificiis mltis iſto gloriãs dicto urbẽ latericiã reppi reliquo marmoreã. Foꝝ:ſicut iulius Cæſar foꝝ extruxerat:ita Auguſtus auũculũ imitatus foꝝ confecit cũ tẽplo martis ultoris cognomĩati. Tẽplũ apollinis liuius Auguſtũ Cæſarẽ tẽploꝝ oĩum conditorẽ aut reſtitutorẽ merito appellat. Idẽ facit Ouidius ſcribẽs ĩ faſtis.tẽplorum poſitor tẽploꝝ ſãcte repoſtor. De hoc apollinis tẽplo ſic Oratius in epiſtolis:ſcripta palatinus q̃cũq; recepit apollo:& ĩ primo carminũ eiuſdẽ ſic mẽinit.q̃d dedicatũ poſcit apollinẽ uates:& porphirio apollinis inq̃t tẽplũ ĩ palatio Auguſtus dedicauit: de quo a nobis copioſe ſcriptũ eſt ĩ cõmẽtariis ꝓp̃tianis. De hoc ꝓp̃tius:muſa palatini referamꝯ apollini ædẽ. Pli.ait a ſcopa factũ eẽ apollinẽ palatinum. Fori extruendi:cauſas refert q̃bus ĩpulſus Auguſtus memorata opa extruxerit. Tonãtis:Inter cognomĩta iouis multiiuga hoc quoq; nũerat̃ Pli.ĩ.ii.ĩter ſtatores & tonãtes & feretrios eliciũ quoq; accepimꝯ iouẽ.

Triplex forum.

Tertio ĩdigere:Rõæ ãtiq̃tus fuerat foꝝ Romanũ:de quo ait Marti. Romanũ ꝓpiꝯ diuitiisq; foꝝ ẽ:q̃d olĩ totũ Cæſar dictator ĩtexit uelis:q̃d cato cẽſoriꝯ ſternẽdũ muricibus cẽſuerat:ut ita litigãtes eiiceret̃ alteꝝ fuit foꝝ Cæſareũ:cuius mẽinit papini.in p̃rio ſiluaꝝ. Cæſarei ſtat ſede fori:de quo dictũ eſt in Iulio Cæſare. Ouidius.hæc ſũt fora Cæſaris inq̃t. Tertiũ foꝝ extruxit Auguſtus:q̃d Plini.in.xxxvi.inter magnifica urbis opa enũerat:uñ a ſtatio dictũ eſt in q̃rto ſiluaꝝ q̃ trino iuuẽis foro tõabas.& ab epigrammatico poeta. Atq; erit ĩ triplici par mihi nemo foro. Erãt & alia fora ut boariũ ut olitoriũ: piſcarium.ab his rebus cognominata:q̃ illic uẽdebant̃.auctor Varro. Feſtinãtius:ꝓperãtius celerius. Publica iudicia: ut repetẽdaꝝ ambitus maieſtatis. Sortitiões iudiciũ:moris erat noĩa iudicũ cõſcribi & in urnã mitti: ut de pluribus neceſſarius nũerus ꝑ ſortitionẽ cõfici poſſet.tũc ex illo delectoꝝ iudicũ nũero ꝑmittebat̃ accuſatori ac reo reiicere quos putarẽt ſibi aut inimicos aut ex aliq̃ re ĩcõmodos fore.reiectiõe celebrata p̃tor ĩ locũ eoꝝ q̃ reiecti fuerãt ſubſortiebat̃ alios:q̃bus ille iudicũ legitimus nũerus cõpleret̃:& hæc ſortitio dicebat̃:q̃ pfecta iurabãt in leges iudices:ut obſtricti religione iudicarẽt.hãc iudicũ ſortitionẽ ſignificat poeta maximus ſcribẽs ĩ.vi.æneidos quæſitor minos urnã mouet.

Reiectio iudicum.

Bello philippẽſi:q̃d in philippis campis aduerſus brutũ & caſſiũ eſt geſtũ. Pro ultione paterna:ut ulciſceret̃ Iuliũ Cæſarẽ per adoptionem patrem. Sanxit:decreuit cõſtituit:Inde leges ſanctæ dicũt̃ q̃a ſanctiõe quadã ſubnixe ſũt ut ſcribit. Vulpianus. Hic.in æde martis ultoris. Bellis:indicẽdis. Triũphis:decernẽdis. Hinc deducerẽt:deducere eſt officii cauſa comitari. Antiq̃tus qui in ꝓuinciã ꝓ p̃tore aut ꝓcõſule eũ ad portã deductũ p̃toris nomine ſoliti erãt ſalutare ut docet cincius in libro de conſulũ poteſtate. Huc in ædẽ martis ultoris. Inſignia triũ

phorum:lege Appianũ in lybicis & Plutarchũ in emylio & Ioſephũ in.vii.bello iudaici qui abũde ſcribũt de pompa & iſignibus triũphoꝝ.Ornatus uero triũphalis erat ſella currulis eburnea.ſcipio eburneus toga picta:tunica palmata quibus olim ſcipio donauit maſaniſſam.

M.AN. Lateritiá:lateribus nõ lapidibus cõſtructá. Forũ:nũc ut ſolet:a ſũma ad ptes deſcẽdit:ſed dubiũ & anceps uerbũ:ſed tu iudiciale forũ itellige. Martis ultoris:quá philippẽſi bello uouerat. Téplum apollinis:in palatinæ domus pte:q e cælo fuerat icta. Tonátis icnis:tantabrica expeditiõe eá uouerat:cũ eius lecticá nocturnũ fulmen pſtrinxiſſet. Duobus Romano & qđ a cæſare de máubiis fuerat íchoatũ.

Papinius:q cõtra tépla diones:Cæſarei ſtat ſede fori.pli.ab hoc factá inqt Veneré genitricé in foro Cæſaris. Tertio idigere:ita tr plex foꝝ íde celebratũ.Mar. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Publicatũ:publico uſui addictũ. Publica iudicia:ad publicas & nõ priuatas cás attinẽtia. Sortitiões iudicũ:iudicũ.n.noía ſorte trahebant.Plutarchus:quũ ſoli inqt ſenatores antea iudicarét ob eáq; ré a plebe timerétur.Gracchus.ccc.ex equeſtri ordine iudices adiecit paré ſenatoribus nũerũ ſtatués.hæc ille pedianus qđ ualde miror.T.Gracchus ait:legé tulerat:ut equites ro.iudicarent:iudicauerũtq; p annos.xxx.ſine íſamia poſt uictor.Sylla leges tulit ut ſenatorius ordo iudicaret:iudicauitq; p annos.x.turpiter:quæ pediani uerba uident ſignificare penes eqtes prius q̃ ſenatores ipſos fuiſſe populi ro.iudicia:qđ aperte plutarchi ſcriptis repugnat & rurſus idé auctor:Secũdo inqt anno belli italici:qđ bellũ pceſſit Syllæ dictatu á:cũ æque ſter ordo in iudiciis dñaret:quo apparet prius urbe eqtes q̃ ſenatores:ut diximus iudicaſſe:ſed utcũq; res habet:ſatis cõſtat aurelia lege iudicia quæ cõia erát: ſenatus & eqſtris ordinis cõmunicata fuiſſe tribunis ærariis:qbus ea dignitas a cæſare dictatore poſtea adépta é:plaucia igit lege cõparatũ erat:ut ſingulæ tribus ex his ordinibus:quos dixi:q nos denos ſuffragio crearent:pœnes quos eo anno iudicia eént ex eo numero:quũ iudicádũ in aliqua cá erat ſorte trahebátur iudicũ noía:qđ in milonis & cá:& piſonis factitatũ pedianus docet:& hæc ſortitio illa é:de qua nunc tráquillus.Philippenſi contra brutũ & caſſiũ geſto. Paterna.C.Cæſaris patris ultiones. Sáxit:ſtatuit. De bellis & triũphis:ut ſenatus de inferendo bello:trium phoue cuiquá decernédo cõſultaturus huc coiret. Cũ iperio petituri:cũ imperio i puincias abituri. De duceret:multis officii gratia ad portas urbis:aut ulterius comitantibus inde in puinciá abiret:deduco & reduco pter notiſſimá ſignificationé eleganter uſurpátur:quũ aliquis officii gratia domo in publicum deductus dr:& mox íde domũ reductus:ut deduxi catoné i curiá eũq; domũ reducá. In ſignia triũphoꝝ:ul nobiliſſima qq; triũphis plata:uel ſimplr imagies:titulos:fercula:& alia triũphoꝝ íſtra. Excitauit:erexit.

ictã deſiderari a deo auruſpices pnũciarét:addita porticus cũ bibliotheca latina.græcaq;:quo loco iam ſenior ſæpe ét ſenatũ habuit:decnriaſq; iudicũ recognouit. Tonanti Ioui ædé cõſecrauit liberatus periculo cũ expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet: ſeruũq; perducentem exanimaſſet. Quædá etiá opera ſub nomine alieno ac nepotum ſcilicet & uxoris:ſororiſq; fecit ut porticum baſilicamq; Lucii & Caii. Item porticus Liuiæ

PHI. Ictam:pcuſſam. A deo apolline. Cum bibliotheca:ad hác bibliothecá alluſit Horatius illo uerſu.Scripta palatinus qcũq; recepit apollo. Libraria elegáter & latine dicit q græce bibliotheca noíatur. Gellius í libraria ego &. L. paulus conſideramus. Libraria

Decurias:ordines.fuerunt aút q̃tuor decuriæ iudicũ:prío pluribus diſcretæ noíbus. Náq; aliæ tribunoꝝ æris:aliæ iudicũ:qdá nongenti:qdá ſelecti uocabant.

Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatione nominum:cum alius ſe nongentũ:alius tribunum:alius ſelectũ appellaret:auctor Plinius in.xxxiii.de ſelecto iudice dixit ouidius illo uerſu:Nõ bene ſelecti iudicis arca patet:& oratius in primo ſermonum unũ ex ſelectis iudicibus obiiciebat. Expeditione canta- Selecti iu-
brica:quam parauit aduerſus cantabros hiſpaniæ populos de quibus dictum iam eſt. Fulgur:ſeneca in.ii. dices.
quæſtionum naturalium fulgurationem diſtinguit a fulminatione:tanq̃ fulguratio cõminatio ſit ſine ictu
fulminatio aũt iaculatio cũ ictu.idé in eodem ait.In fulguratione late ignis explicitur:fulmen eſt coactus Fulguratio
ignis. Perſtrinxiſſet:afflauiſſet & leuiter tetigiſſet:perſtringere uero uerbum eſt a præſtigiatoribus tranſ- Fulmina-
latum:qui aciem oculorum ſuis uaframentis perſtringere conſueuerunt:unde & præſtigium deriuatur cu tio
ius inuentor fuit mercurius.ut ſcribit auguſtinus & repetitum eſt in decretis.xxvi.q.v.de uoluptate dictũ præſtringe
eſt a marco Tullio:quod mentis præſtringat oculos. Perducentem:exiſtimo legendum eſſe prælucenté: re.
nam prælucere dicitur ſeruus qui fert cereum ante dominum per iter nocturnum.ſimile eſt illud plauti- Prælucere
num in gurgulione:tute ibi pueres lautus.luces cereũ idem in caſina huic lucebis nouæ nuptæ facé. Exa
minaſſet:interemiſſet alias perturbaſſet.inde exanimati & mortui & perturbati dicunt:ſicut & exanimes: Exanimes
namq; apud eruditos exanimen non ſolum pro mortuo ſed etiam pro perturbato dici reperies.Liuius li-
ctorem expediri ſecurim iuſſit:ad quam uocem exanimi ſtante præneſtino. Baſilicam:quid ſit baſilica co Exanimis
pioſe ſcripſimus in iulio cæſare. Porticus liuiæ:de porticu liuiæ ſic ſcribit ouidius in primo de arte:porticus auctoris liuia nomen habet.

M.AN. Adeo:a quo non dicit:ſed ab Apolline crediderim:cui eſt templum erectũ: ſed quo pacto ab

Apolline dixerit aliqs:ſi a ioue ſunt fulmina:cu i occurras: licet non ſolum a ioue:ſed a Saturno quoqꝫ: ut Plinius ait:& Marte ꝓuenire:uerũ martem & Apollinem eundem eſſe Macrobii ſubtiliſſima diſertatio demonſtrat. Quum igitur inqr ille colligẽs:liber:pater:idem ac ſol ſit.Mars uero idem ac liber martẽ ſolem eſſe quis dubitet.Quo loco:quo tẽplo potius quam porticu:nã niſi in templo aut loco augurio conſecratio ſenatus haberi:ut Gellius ſcribit:non poterat. Decurias iudicũ:iudicũ decuriæ pluribus diſcretæ fuerunt nominibus:cũ alii nõgenti:alii ſelecti:alii tribuni:ut Plinius ſcribit:dicerentur:ſed quæ Auguſto principe ob paucitatẽ impleri nequiuere iure annuloꝝ a Tiberio cõſtituto ita creuit numerus in calligula quintam adiecerit decuriã.Idem Pli.auctor eſt:ſingulas decurias Auguſti tẽporibus mille nũero habuiſſe. Expeditione:bello. Perſtrinxiſſet:leuiter attigiſſet. Exanimaſſet:exanimatũ reddidiſſet:eſt enĩ exãimatus:ut Seruio placet:timẽs ut donato exterritus ꝑturbatus.Teren.Sed qd exanimatũ Pãphilum uideo. Exanimus uero & exãguis mortuus dr̃.Ver.Exanimũqꝫ auro corpus uẽdebat amici. Nepotũ.L.& Caii ex .M. Agrippa.& Iulia Augu.filia natoꝝ. Vxoris.Liuiæ. Sororis:Octauiæ ex octauio & Ancharia:non Accia gẽitæ.De octauiæ porticu Pli.nõ uno loco. Baſilicã:regiã domũ:ſiue ædificiũ:cuius ueſtigia adhuc Rõæ ĩ exqliis uiſunt:de ædificii rõe alibi. Porticus liuiæ:cõiugis.ſ.fuitqꝫ ea porticus iuxta ſacrã uiã:ubi domus C.Cæ.quã ſũptuoſe a Iulia filia ornatã auguſtus diruit:ibiqꝫ liuia porticus erecta.Oui.Diſce tñ uẽiẽs ætas:ubi liuia nũc ẽ:Porticus ĩmẽſæ tecta fuiſſe domus.Pli.ad eã porticũ Veſpeſianũ pacẽ ſuã ædificaſſe ait.

PHI. Et octauiæ: de porticu octauiæ ĩmo porticibus crebra ẽ mentio apud Pliniũ referentẽ in porticibus & ĩ ſcholis & in curia octauiæ fuiſſe opa cõpluſcula artificũ ꝓbatiſſimoꝝ:q porticum octauiæ periphraſticos ſignauit ouidius illo uerſu.Aut ubi mũeribus nati ſua nũera mater addidit externo marmore diues opꝰ.

& octauiæ theatrũqꝫ Marcelli. Sed & cæteros principes uiros ſæpe hortatus eſt:ut pro facultate quiſqꝫ monumentis: uel nouis:uel refectis:& excultis urbem adornarent:multaque a multis extructa ſunt:ſicut a Martio Philippo ædes Herculis & muſarum: a. Lucio Cornificio ædes Dianæ: ab Aſinio Pollione atrium libertatis: a Munatio Planco

Theatrũ marcelli:marcellus octauia auguſti ſorore genitus in edilitate foꝝ uelis ĩumbrauit:periit apud aquas baianas:cuius obitũ deſcribi a propertio ualidiſſimis argumẽtis docuimus in illa elegia:cuius initium eſt.Qualis ab umbroſo:ad decus atqꝫ memoriã marcelli octauia mater bibliothecã ſtruxit: Auguſtus uero theatrũ marcelli noĩe fecit:nam dictũ eſt marcellianũ.auctor plutarchus in marcello. Principes:primores romanoꝝ. Hortatus eſt:ſcribit plutarchus in apophtegmatis cũ ipſo edes ad tectũ uſqꝫ pulcherrimas magnificenter exedificaſſet: letatũ Auguſtum dixiſſe ἐῦθυμον μετο ὁιέσουτοσ ὀικὸλολωμωσ αἰὼνιουτῆσ ρώμησ ἐσομενησ. latine ſignificat:letum me facis ſic edificans tanq̃ Roma futura ꝑpetua

Mõumẽtis edificiis:monumẽta enĩ non ſolũ ſepulchra:ſed & edificia & oĩa quæ ſcripta atqꝫ facta ſũt ſeruã dæ memoriæ cã dicunt̃:Auctor.m.Varro.& docet iurecõſultus:de religioſis. Refectis:ex uetuſto rẽouatis. Edes herculis muſaꝝ.Eumẽius in oratiõe pro reparãdis ſcholis eleganter ſcribit edẽ herculis muſarum in circo flaminio a fuluio nobiliore ex pecũia cẽſoria primã factam fuiſſe:qui cũ in græcia eẽt imperator:acceperat herculẽ muſagetẽ eſſe.i.comitẽ ducẽqꝫ muſaꝝ.Hic idẽ primus nouẽ muſaꝝ ſigna ſub tutela herculis cõſecrauit:nam muſaꝝ quies defenſione herculis iuuari debet:& uirtus herculis ornari uoce muſarũ.unde intelligimus hanc edem a martio philippo uictrico Auguſti non nouã fuiſſe factam ſed refectã.illud quoqꝫ attẽdas uelim qđ nõ legẽdũ ẽ:edes herculis & muſaꝝ ſed edes herculis muſaꝝ expũcta illa cõnexione:& ut una tantũ res eſſe uideat̃.& ita in emẽdatis codicibus reperit̃.Macrobius quoqꝫ in primo ſaturnaliũ fuluium cõditorẽ huius edis ſignificare uidet̃ ſic ſcribẽs.nã fuluius nobilior in faſtis quos in ede herculis muſaꝝ poſuit:ꝑterea plutarchus in ꝓblematis romãis refert:qđ herculi ac muſis cõem arã romani ſtatuerunt:qa hercules euãdrũ litteras docuit & a papinio hercules ſocius calliopes nũcupatur li.iii.ſiluaꝝ.Dic age calliope ſocius tibi grande.ſonabit alcides:Pli.xxxv.tradit in philippi porticibus fuiſſe helenã zeuſidis manu pictã:forſitan illæ porticus erãt circa hanc edẽ herculis muſaꝝ a martio philippo extructã:cuius quoqꝫ meminit Oui.in.vi.faſtoꝝ.Sic ego ſic clio clari monumenta philippi. Edes diãæ:romæ multæ edes erãt dianæ iter quas illũ q in agyportu patricio erat uiros ĩgredi nefas exiſtimabat̃: & cũ in cæteris dianæ tẽplis ceruoꝝ cornua figerent̃.in auẽtinæ dianæ tẽplo boum tantũmodo ſuſpẽdere cõſueuerũt.Cuius rei cãm ꝓdidit plutarchus in ꝓblematis. Atriũ libertatis:atriũ appellatũ eſt ab atriatibus thuſcis.illinc.n.exẽplũ ſumptũ ut docet Var.li.i.latinæ linguæ.& eſt proprie auctore feſto põpeio genus edificii ante ædẽ cõtinens mediã areã:q atriũ q̃ſi aterariũ qđ a terra oriat̃ deduci exiſtimat.ſcribit uictruuius architectus in ſexto.atria ianuis eẽ ꝓxima:qbus græci non utebant̃.atrioꝝ lõgitudines & latitudines ab eo ſcienter perſcribunt̃.minuſculoꝝ atriũ ὑπωκόρισικῶσ.dr̃ atriolum.Cicero in epiſtolis ad Quintũ fratrem.Te ſcribere aiunt:ut atriolũ fiat.mihi ut eſt:magis placebat:neqꝫ enim ſatis loci eſſe uidebatur atriolo.Atriũ uero libertatis romæ fuerat uetuſtiſſimum ſcribit Liuius cuſtoditos fuiſſe obſides tarentinos in atrio libertatis.libertatem deam ĩprimis Romani uenerabantur utpote libertatis aſſertores. Idem libro.xxxiiii.auctor eſt atriũ libertatis refectũ fuiſſe ampliatũqꝫ ab helio peto & Cor.Cethego cẽſoribus.

muſagetes hercules

Hercules ſocius muſæ.

Cornua in tẽplo diãæ

Atrium

Et ita nunc intelligendũ eſt fuiſſe refectũ ab pollione atrium libertatis non nouũ extructũ. Clodius domũ Ciceronis libertati conſecrauit:ubi ſignum meretricis pro ſimulachro libertatis collocatum fuiſſe uehementer & grauiter cõqueritur.M.Tullius in oratione quam habuit ad pontifices pro domo ſua.

M.AN. Marcelli:ex octauia &.C.marcello géiti:hic é qué extinctũ Maro miſerabili carmíe i.vi.ꝓſeqᷓ. Refectis:iſtauratis. A Martio philippo:Auguſti uictrico:huic.n.poſt Octauii pr̃is íteritũ Accia mater nupſit. Aedes Herculis & muſaꝝ:Oui.Sic ego ſic clio clari monuméta philippi:Aſpicis uñ trahit Marria caſta géus:Cur Herculi & muſis cois ædes põeret Plutar.i qſtiõibus docet. Aedes diáæ:Diáæ ædes í auétino fuit Mart.Laudat auétinæ uicius Sura diáæ:uetuſtiſſimũ eiuſdé téplũ i auétio cõmuni ro.& latinoꝝ noíe Seruio Tullo rege Li.ædificatũ tradidit:de quo forte urbãiſſimus poeta. Atriũ libertatis:libertatis ædes fuit i eodé colle:Atriũ ædificii géus mediá añ ædé cõtinés areá:i q̃ ex oí lecto deſcédit collecta pluuia ab atriatibus tuſcis uñ ſit ſũptũ exéplũ credidit Varro ĩpi rei nomé factũ Liu.Tarẽtinoꝝ obſides ſcđo bello punico in atrio libertatis ait aſſeruatos:q̃ uetus cuſtodia ĩpam celebritaté loci arguit & uetuſtatem.

ædes Saturni:a Cor.Balbo theatrũ:a Statilio Tauro amphitheatrũ:a.M.uero Agrippa complura & egregia.

De diuiſiõe urbis & téplis ac uiis refectis & tyberi ãpliato.

quæ neq; nimis calida ſit neq; nimis frigida.Idem tamen paulopoſt præcipit in aqua frigida poſt exercitationem ſubito eſſe natandũ.Ita enim membra fieri firmiora.egelidũ dicimus quod neq; calidũ neq; frigidũ eſt.hæc enim particula.e.uim habet σ῀τε῾ρισ῀εωσ:ideſt priuationis.ſeruius enarrans illud marõianum egelidũ ꝓpe ceretis amnem:expoſuit egelidum ꝓ ualde frigidum:ſed nobiliores ſcriptores in ea accipiũt fere ſemꝑ ſignificatione q̃ diximus.Celſus frigidũ & egelidũ fere ſemꝑ uſurpat ꝑinde ac diſſimilia.Egelidor quoq; uerbũ eſt quod ſignificat tegelor geluq; reſoluor:quo utitᷣ ſidonius cum ait.Egelidarentᷣ fibræ glaciales.& ab Ouidio ꝑ antitheton decentiſſime dictum.Sed gelidum boreã egelidũq; notũ.ubi gelido egelidũ oppoſuit quaſi frigido calidũ. Marinis.plini.in.xxxi.docet aquam marinã multis morbis eſſe efficacem:q̃ qdã in articularibus morbis bibendã dederũt. Albulis:iuxta romã albulæ aquæ uulneribus medentᷣ.hæ ut inqt Pli.prægelidæ ſunt: Victruuius quoq; li.viii.de architectura in tiburtina inqt uia flumen & albula.& in ardeatio fontes frigidi eodẽ odore:q ſulphurati dicuntᷣ:albulaꝝ etiam meminit Strabo in .v.geographiæ.quas in planitiæ tiburtina fluere frigidas ſcribit Varios ad morbos ſalutares.de hiſdẽ Martialis.crudaꝝ rebulæ quod albulaꝝ.alias albulã dici tyberĩ notiſſimũ:eſt uel illo Liuii in teſtimonio.pax ita conuenerat ut etruſcis latiniſq; fluuius albula:quẽ nũc tyberim uocãt:finis eſſet. Calidis:omnis aqua calida auctore Victruuio medicamẽtoſa eſt nãq; ſulphuroſi fontes neruicis aluminoſi paralyticis:bituminoſi interaneoꝝ morbis medentᷣ.Neruici dicuntᷣ neruoꝝ dolore laborãtes. Solio:ſoliũ uas eſt balneatoriũ:in quo ſedentes lauamur.ſcribit Plinius.popeã ſolium balneaꝝ lacte aſinaꝝ temperaſſe:quo putãt cutem in facie erugari & tenureſcere & cãdorem cuſtodiri.frequẽs eſt mentio ſolii balnearis apud celſum.In alio ſignificatu ſoliũ accipitᷣ pro ſella regia iuxta illud maronianũ.præfatus diuos ſolio rex infit ab alto.ꝑterea ſolium ſignificat loculamentũ illud ſepulchrale:quo corpora cõduntur:ut apud curtium de ſolio darii & Alexãdri.& Plinius in trigeſimo.v.quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Alternis.ſ.uicibus quod dicitur alternatim & uiciſſim ſiue uiciſſatim aduerbialiter. Cãpeſtres:quæ in campi planiciæ fiunt:uel potius a campo martio dictæ.in quo iuuentus romana auctore uegetio armis exercebatᷣ.ſed ut ipſe inqt cũ campeſtris exercitatio interueniente negligentia deſidiaq; ceſſaret grauia uideri arma cœperunt:quæ raro milites induebant. Ad pilã:pilaꝝ genera plura ſunt:eſt paganica eſt trigonalis:in cuius ludo maxime agilitate ſiniſtræ manus utebantᷣ:eſt & follis uẽtoſa pila.pythus auctore plinio primus inuenit pilam luſoriam.follem cuius diminutiuũ eſt folliculus appellamus pilam uento tumẽtem atq; ſufflatam:qua frequenter in urbe noſtra adoleſcentuli exercentᷣ.eleganti epitheto a plauto pugilatorius follis dicitur in rudente.ego te follem pugilatorium faciam:& pendentem incurſabo pugnis per iuriſſime.alias folles ut notũ eſt inſtrumenta ſunt fabrilia & organica:quibus uentus accipitur & redditur iuxta illud maronianum taurinis follibus auras accipiunt reddũtq; alii.Liuius refert lib.ix.frumentũ folliculis in caſtra ab æquitibus conuectum fuiſſe:ubi folliculi accipi uidentur pro ſacculis & crumenis:ſicuti & apud Iuuenalem illo uerſu.ſi reddit ueterem cũ tota erugine follem.Plinius quoq; per quãdam quaſi ſimilitudinem ſcripſit in.xxxii.folliculos geminos caſtoribus eſſe:in quibus inueniri liquorem & ſale aſſeruari:tranquillus ſeparat pilam a folliculo:cum pila ſignificetur illa puſilla:cuius exercitationẽ in primis laudat galenus. folliculus uero ſit pila uento tumeſcens:de qua Martialis.folle docet pueros ludere folle ſenes.

Egelidum · Albulæ · Neruici · Solium · Follis · Folliculi

M.AN. Albulis:albulæ aquæ ſulphureæ in tyburtino agro.Strabo in hac ait planitie anio fuit & quas nuncupant albulas aquas multis e fontibus edentes uarios ad morbos ſalutares.Mar.Itur ad herculei gelidas qua tyburis arces hic ubi ſulphureis albula fumat aquis. Solio uaſe:quo ſedentes lauantur ſolium itẽ armarium e ligno factum quo reges ob corporis tutelam ſedebant interdum uas in quo defũcti ſepeliuntur:Plini.multi fictilibus ſoliis condi maluere. Alternis:per uices. Folliculum:tenuem follem pilam ſpiritu intentam Mar.Folle decet pueros ludere:folle ſenes.

tranſiit:mox nihil aliud q̃ uectabatᷣ:& deãbulabat:ita ut in extremis ſpaciis ſubſultim decurreret ſeſtertio uel lodicula inuolutus.Animi laxãdi cauſa mõ piſcabatur hamo:modo talis aut ocellatis nucibuſq; ludebat cũ pueris minutis quos facie & garrulitate amabiles undiq; conqrebat:præcipue mauros & ſyros.Nam pumilos atq; diſtortos:& oĩs generis eiuſdem ut ludibria naturæ:maliq; ominis abhorrebat.

De eloquentia eius & arte oratoria.

ELoquẽtiam ſtudiaq; liberalia ab ætate prima cupide & laborioſiſſime exercuit.Mutinẽſi bello ĩ tãta

PHI. Vectabatur: Vel equo uel lectica. Subſultim:ſaltuatĩ cũ temperamento ut utar uocabulo ſi ſene hiſtorici.ſub.n.ut ſæpe dictũ eſt ſignificat temperamẽtũ.fit aũt aduerbium ſubſultim a uerbo ſubſilio ea forma:q̃ ab adſilio adſultim quo utitᷣ plinius in.viii.ſic ſcribens.os primũ eius adſultim repugnans: apud plautũ uerba ſũt ſubſilire & ſubſultare.q̃ ſignificãt ſurſum ſalire. ait.n.in captiuis.tu ſubſutas:ego miſer uix aſto ꝑ formidine:& in curgulione ſubſilite obſecro & mittite iſtãc foras. Sextertio:legimus apud ſuidã ſeſticulã ueſtẽ eſſe impatoriã:quo circa hũc locũ caſtigãdũ ita eẽ cẽſemus:ut ꝑ ſextertio ſeſticula legatᷣ:cũ ſextertiũ dictio ſit mĩme huic loco accõmodata ſeſticula

Seſticula

uero accõmodatiſſima.& facile librarii mendũ in exſcribẽdo facere potuerũt:cũ in ſextertiũ & ſexticulam ꝗdam ſit ſcripturæ ꝓximitas. Lodicula diminutiuũ:lodicis eſt lodicula:ſunt aũt lodices optoria lecti.qđ ĩdicat uel illud epigrãmatici poetæ endecaſyllabon nudo ſtragula ne toro paterẽt iũctæ nos tibi uenimus ſorores. Ocellatis nucibus:Multi multa ꝓ ĩgenii captu ſup obſcurioribus trãqlli locis cõmẽtant̃.alii ocellatas nuces accipiũt ꝓ ocello diſſectas ꝑforataſqꝫ.alii ocellatas ſimpliciter intelligũt pillulas rotũdas inſtar ocelloꝝ:qbus puellæ puellariter ludentes oblectant̃:cuius ludi puellaris meminit Ouidius:ſed hæc parꝝ quadrãt.nos ĩ quodã codice nouoꝝ uetuſtiſſimo legimus caſtellatis nucibus:quæ lectio ſi ꝓba eſt exponemus auguſtũ ludere ſolitũ fuiſſe nucibus caſtellatim diſpoſitis:quo genere ludi nr̃ates pueros freq̃nter ludere cõſpicimus:lego apud Iuliũ capitolinũ:qđ Galiẽus de pomis caſtella cõponebat mihi uero ut dicã qđ ſentio diligẽter uerbis tranqlli pẽſitatis ſic legẽdũ ur̃.oſcillis nucibuſqꝫ ludebat:ſicut in ſinceriore tranquilli codice ſcriptũ e latere obſeruaui.ſũt aũt oſcilla ſigilla hoc ẽ breues imagũculæ:q̃ arte fictili fingebant̃ & uenales ꝓponebant̃ qbus hoies ꝓ ſe atqꝫ ꝓ ſuis piaculũ faciebãt ſaturno.auctor Macro.in.i.ſaturnaliũ.fuiſſe ãt oſcilla ludũ ruſticanũ ĩnuit Maro illo uerſu.oſcilla exalta ſuſpẽdũt mollia quercu.de oſcillis ꝓbus & Seruius nõ pauca ſcripſerũt.hiſtoriæ ẽt meminit Higinius ĩ li.de ſignis.oſcillũ aũt tertio gradu diminutionis ab ore deriuatũ eẽ docet Priſcianus ut os oſculũ oſcillũ:quanq̃ oris effigies puſilla ſit:nõ me p̃terit aliã oſcilloꝝ ethymologiã a grãmaticis tracti.oblectabat Auguſtus ſemetipm oſcillis hoc eſt imagũculis ſicuti & puellæ puppis oblectant̃.alea uero nucũ puerilis notior ẽ q̃ pluribus uerbis enarrãda ſit:de qua ẽ illđ epigrãmatarii poetæ.alea ꝑua nuces & nõ dãnoſa uidet̃. Garrulitate:in pueris gerrulitas & loq̃citas expetunt̃.Seneca in li.de cõſolatiõe ad albinã mr̃em.quẽ inqt nõ in iocos uocabit illa laſciuia:quẽ nõ in ſe conuertet & abducet in fixũ cogitatiõibus illa neminẽ ſatiatura garrulitas.Ouidius de loquacitate picaꝝ ait: Raucaqꝫ garrulitas uitiũqꝫ in mane loq̃ndi. Facie:bona pulchritudinis ſunt dona deũ:ut inqt Apuleius apud quaq̃ aſpnãda.& in primis forma ac decor amabilis ẽ & fauorabilis.uñ dinocrates architectus uenit ad cõmẽdationẽ Alex.mag.nõ tã architectura q̃ faciæ & formæ dignitate.ſed cũ Auguſtus mauros q nigri ſũt coloris conqreret exponemus facie amabiles nõ tã pulchritudinc q̃ nouitate corpis & raritate. Pumilos:Nanos græci uocãt ꝑua nimis ſtatura hoĩes:latini pumiliões:q̃uis & nanos uocabulo latini dici exiſtimet.Gellius lib.xviii.ſcribit Pli.in.xi.pumilionũ genus in oĩbus aĩalibus eẽ atqꝫ ẽt ĩter uolucres.Itẽ in.x.ẽ & pumilionũ genus nõ ſterile in gallinis:qđ nõ in alio gñe alitũ.idẽ in.xii.gñe arboꝝ ait eſſe pumilionum ĩfœlicitatẽ dicimus pumiliones & pumilos in tertio & ſecũdo ordine:ſtatius in primo ſiluaꝝ.hic audax ſubit ordo pumiloꝝ.columella de gallinis loquẽs ait pumiles aues niſi quem humilitas eaꝝ delectat nec pp fœcunditatẽ nec pp aliũ redditũ nimiũ ꝓbo.Nani ãt q ſũt regũ principũqꝫ delitiis deputati naſcent̃:ut iqt Iulius firmicus in.viii.ſi habuerit horoſcopũ in q̃rta pte ſiue gradu ſcorpii.ſed Auguſto id genus humũculi nõ erãt in delitiis ueꝝ ominoſi. Ludibria naturæ:Pli.ſcribit in.vii.naturã ſibi ludibria facere ex hoium gñe in dies q̃ ſunt ĩnumera:ĩter quæ pumilones ab Auguſto enumerabant̃:ludibria quoqꝫ naturæ ſũt imagines hoĩum obuiæ ſubinde trãſeuntibus moxqꝫ euaneſcẽtes qđ frequẽter in africæ euenit ſolitudinibus.

M.AN. Subſultim:lẽtiore ſaltu ac ſæpius iterato. Sextertio uel ad currẽdi rõnẽ id referas neceſſe eſt: ut poſt duos ſaltus tertiũ dimidiaret:uel qđ magis placet:ad uelũ quo erat ĩuolutus:q̃q̃ ſextertium in hũc ſignificatũ nõ memini me legiſſe ut ſit ex eo nomẽ factũ quia ex triplici licio haud oĩo textura cõſtaret:ſed hæc coniectura eſt.Lodicula:ꝑua lodice linteolo:nec me p̃terit quoſdã arbitrari lodirẽ eſſe qcquid lectis ſterneret̃:alios lodice totũ lecti apparatũ cõtegni ſolitũ putarũt.Iu.modo ſub lodice relicta.M.nudo ſtragula ne toro paterent iũctæ nos tibi uenimus ſorores. Ocellatis nucibus:ocello p̃ditis quales ſunt auellanæ nuces q in ſũmo uelut paruũ oculũ figuratũ hñt:q̃q̃ Pli.licet mõ barbatã mõ põticã appellet: ocellatã uero neqꝫ hanc neqꝫ aliam uocet unq̃ poſſes ad hæc per ocellatã amygdalã nucẽ ĩterp̃tari cuius teſta minutiſſimis foraminibus q̃ſi ocellis ꝑforata eſt dr̃ eadẽ græca nux dr̃ & thaſia potuit qñ cõiectura agit̃ ocellatas quoqꝫ appellare amygdalas ip̃as teſtis excuſſas qbus ex una parte uno ex altera duobus oculis figuratis pueri ludere ſolebamus:ſunt q ocellatas ꝑforatas nõ bonas interpretent̃:qđ nullo mõ placet haud.n.trahi potuiſſet luſus deprehẽſa fraude fuiſſetqꝫ pueros alienare potiuſqꝫ alicere:q̃re meo iudicio oĩum ꝓbatiſſima erit ſnĩa q prĩo fuit loco a me relata. Garrulitate:feſtiuo garritu.Pumilios:nanos.Mar.Tertio declia. tu ꝓnũciauit:parma tibi ſcutũ pumilionis erat idẽ de pumilio ſi ſolum ſpectes hois caput hectora credas ſi ſtãtẽ uideas aſtianacta putes:Plini. eodẽ inqt auguſto p̃ſide mĩmus hõ duos pedes & palmũ conopas noĩe in delitiis iuliæ neptis eius fuit & mulier andromada liberta iuliæ auguſtæ. Mali oĩs:ominoſi aſpectus.

PHI. Declamaſſe:Idẽ ſuetonius ĩ libello de rhetoribus ait hiſtorici tradiderũt Auguſtum ne mutinẽſi qdẽ bello omiſiſſe declamãdi cõſuetudinẽ. Declamar̃ autẽ eſt ut dicere ſolebat clauus iã non mediocriter dicere bene. Declamatio ẽ domeſtica eloq̃ntiæ exercitatio quã Quintiliãus

mole rerũ & legiſſe & ſcripſiſſe:& declamaſſe quotidie tradit̃.Nam deinceps neqꝫ in ſenatu:neqꝫ apud populum neqꝫ apud milites locutus ẽ unq̃ niſi meditata & cõpoſita oratione:q̃uis non deficeret ad ſubita ex temporali facultate.Ac ne periculum memoriæ adiret:aut in ediſcẽdo tp̃s abſumeret:iſtituit recitare omnia.Sermões quoqꝫ cũ ſingulis atqꝫ

Lodicula

Ocellatæ

oſcilla

Pumiliões

pumili

pumiles

Nani

Declamare

Declamatio

etiam cũ Liuia ſua grauiores nõ niſi ſcriptis:& e libello habebat:ne plus minuſue loqueretur extẽpore. Pronũciabat dulci & proprio quodã oris ſono:dabatq; aſſidue phonaſco operam:ſed nonnunquam ĩfirmatis faucibus præconis uoce ad populum concionatus eſt.

De libris & opuſculis per eum editis.



MVlta uarii gñis ꝓſa orone compoſuit:ex qbus nõnulla in cœtu familiarium uelut ĩ auditorio recitauit:ſicut reſcripta Bruto de Catõe:q̃ uolumĩa quũ iã ſenior ex magna pte legiſſet:fatigatus Tyberio tradidit

in.ii.multo utiliſſima eẽ demonſtrat.uerſat̃ ĩ materiis fictis q̃ tamẽ ſimillime ſint ueritati. Seneca cõuerſias appellat.hic ẽ illud urbanũ iuliãi rhetoris dicteriũ. hic ſine cõtrouerſia diſertus eſt putat qntilianꝰ neminẽ q ſit mẽtis cõpos crudum aut ſatuꝝ aut ebrium declamare debere. Niſi meditata orone.idẽ faciebat ille maximus apud græcos oratoꝝ demoſthenes:q nunq̃ fere uerba fecit pro cõcione populari:niſi rẽ de q̃ dicturus erat iã antea cogitaſſet.hinc pyteas dixit demoſthẽis argumẽtatiões olere lucernam qđ græce dr̃ ελλυχνιον οζειν.i.ellychniũ redoleṙ.eſt aũt ellychniũ ſtuppa ſiue funiculus ille:q oleo madens alit lucernæ flãmã:qđ q̃uis ſit græcũ uocabulũ tñ & apud nr̃os ẽ uſitatũ : Papi.in.iiii.ſiluaꝝ nõ ellychnia ſicca nõ replictæ bulloꝝ tũicæ. Pli.ĩ.xxiii.ellychnia fiũt ex uua claritatis ꝑcipuæ. Ad ſubita:ad ſubitariã tumultuariãq; elocutionẽ. Extpali facultate:maximũ ſtudiorum fructũ exiſtimat Quĩtilianus eẽ facultatẽ dicẽdi extpalẽ:ẽ aũt extpalitas ſubitaria dictio & repẽtia.ĩde extpalis rhetor a Marciale dictus:q extpe citra meditatã orõnẽ loq̃reṫ. In ediſcẽdo:ediſcere ẽ relegãdo mãdare memoriæ.ꝑcipit Quĩtilianus in.ii.ediſcẽdos eẽ electos ex oronibus & hiſtoriis locos:& memoriã exerceri acrius putat aliẽa cõplectẽdo q̃ ſua:portius latro fœlix fuit memoria:nã ut ait Seneca nũq̃ illa q̃ dicturus erat ediſcẽdi cã relegebat:edidicerat illa cũ ſcripſerat. Et e libello:ſenſus ẽ ſolitũ fuiſſe auguſtũ de re grauiori ſermocinari p ſcriptis ãnotatiſq; ĩ libello uerbis:& ita ex libello ſermões hr̃e.

Ellychniũ

Extpalis

Extpe:ſi extpali locutiõe utereṫ. Phonaſco:phonaſcũ uocamus uocis ꝓnũciatiõiſq; magr̃m & moderatorẽ uocabulo qdẽ græco:ſed a nr̃is uſitato:qntilianus ĩ.ii.nõ ſatis ẽ dicere ꝑeſſe tm̃ aut ſubtiliter aut aſpe nõ magis quã phonaſco acutis tm̃ aut mediis aut grauibus ſonis aut hoꝝ ẽt ꝑticulis excellere.Itẽ in.xi.ſed cura nõ eadẽ oratoribus q̃ phonaſcis cõuenit.Sidonius ĩ endecaſyllabo pſalmoꝝ hic modulator & phonaſchũs.Idẽ in.i.epiſtolaꝝ laudat Theodericũ regẽ gothoꝝ:q; in eius cœna nõ ſub phonaſco uocaliũ cõtentus meditatũ acroma ſimul ĩtonat. Præconis:a ꝑcanẽdo hoc ẽ ualde canẽdo ꝑconẽ dici docet Priſcianus ẽ aũt:ut iqt Apuleius ꝑconis uox garrula miſteriũ.ĩ lege ro.erat eos q facerẽt ꝑconiũ uetari eẽ in decuriõibus:q uero feciſſent nec amplius facerẽt nõ uetari. Infirmitatis faucibus:ubi fauces afficiunṫ & languent uox ĩterrũpiṫ uixq; ſuppetit enũciatiõi.Quĩtilianus ĩ.xi.ꝑterea ut ſit fauces ĩtegre.i.molles & lenes:quaꝝ uitio & frãgiṫ & obſcuraṫ & ſcĩdiṫ uox.in faucibus morbi genus peſtifeꝝ oriri ſolet qđ nr̃i anginã uocãt: græci ſynanchẽ.nũc corrupto uocabulo paſſim in codicibus hippocratis & galẽi & auicẽnæ legiṫ ſqnãtia.

phonaſcus

Præco

Angina

Synanche

Squinãtia

In cetu familiariũ:oratius li.ſermonũ inqt:nec recito cuiq̃ niſi amicis.Pli.quoq; ĩ epiſtolis ſcribit ſe ſæpe numero ſua ſcripta recitaſſe in cœtu amicoꝝ:ut ita qd de ſe amici ſentirẽt diſpicere poſſet.qn ẽt ſilius iudicia hoĩum recitatiõibus expiebaṫ. Reſcripta:nomẽ eſt opis cõditi ab auguſto.ĩ quo reſcribebat bruto ad ea quæ ille ſcripſerat ad catone uticẽſe.fuit autem cato Bruti auunculus:ut hiſtorici tradũt idemq; ſocer.

Per legenda:uſq; ad calcem legẽda:hec.n.particula per.ꝑfectionem ſignificat.hinc eſt illud nam uigilare leue eſt peruigilare graue.Auſonii præceptum illud eſt.perlege quodcunq; eſt memorabile.

M.AN. Declamaſſe:fictas cauſas ad excitationem egiſſe:eſt.n.declamatio ut Fabius ait forẽſium actionum mediatio. Ad ſubdita:ſiqd ex tempore agẽdum fuiſſet. Proprio:qualis in humano ore eſſe debet.

Phonaſco:uocis moderatori απὸ τῆς φωνῆς.i.a uoce Idem alibi ut conſeruandæ uocis gratia neq; milites unquam niſi abſes aut alio uerba pronunciante appellaret neq; quicquam ioco ſerioue egerit niſi aſtante phonaſco qui moneret parceret arteriis ac ſudarium hos applicaret.Quintilianus ita uoces bona cura & negligentia uel inſcitia minuuntur:ſed cura non eadem oratoribus quæ & phonaſcis. Reſcripta bruto:ad ea quæ brutus de catone auunculo ſcripſerat.

PHI. Exhortatiores ad philoſophiam:hoc ante Auguſtum fecit Cicero in eo libro q inſcriptus eſt hortenſius:quo cohortatur ut maxime poteſt ad ſtudium philoſophorum:quem librum cum legiſſet Auguſtinus adhuc adoleſcentulus tanto amore philoſophiæ ſuccenſus eſt ut mutaret priſtinum affectum: ſeq; totum conuerteret ad uerum deum indagandum hoc eſt uere philoſophandum ſicuti ipſe teſtatur in tertio

perlegenda. Item hortationes ad philoſophiam: & aliqua de uita ſua: quā tredecim libris cantabrico tenus bello: nec ultra expoſuit. Poeticā ſummatim attigit: unus liber extat ſcriptus ab eo hexamatris uerſibus: cuius & argumentum & titulus eſt: Sicilia. Extat alter æque modicus epigrāmatum: quæ fere tempore balnei meditabatur. Nam tragœdiam magno impetu exorſus non ſuccedente ſtilo aboleuit: quærentibuſq; amicis quidnam Aiax ageret: reſpondit Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.

De ſtillo & genere loquendi eiuſdem.

GEnus eloquendi ſecutus ē elegās: & tēpatū: uitatis ſniaꝝ ineptiis: atq; incōcinitate: & reconditorum uerboꝝ: ut ipe dicit fœtoribus: præcipuāq; curam duxit: ſenſum animi quā aptiſſime exprimere. quod quo fa

confeſſionū & in lib. de uita beata. Cantabrico tenus: uſq; ad id tps quo geſſit bellū in Hiſpania aduerſus cantabros. Sicilia: ſcripſit forte id opuſculū in memoriā reꝝ ab ipſo geſtaꝝ in Sicilia aduerſus ſextum Pompeiū: quo ſiciliæ deſcriptio cōtinebat: quā ſilius in primis heroico carmine luculētoq; perſcripſit in. xiiii. punicoꝝ. Tpe balnei: tempus balnei ſtudiis eximēdū eſt: quod & Plinius ille mortalium ſtudioſiſſimus factitauit: ita tñ ut dū diſtringeret aut tergeret audiret aliqd aut dictaret. Auguſtus uero tps illud balneare impēdebat meditationi epigrāmaton: quæ ſane ſtudia iucūdiora ſunt & ad remiſſionem animoꝝ conducētia: unde & Plinius poſterior ſcribit in. iiii. epiſtolaꝝ ſe ludere ſolitū endecaſyllabis: quos in balneo in uehiculo iter cœnā cōponebat. Tragœdiam exorſus: hic eſt illud Virgilianum in laudē Cæſaris auguſti dictū. Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. Aiax: nomen tragœdiæ ab Auguſto de aiace ſcriptæ: in qua fortaſſis ſophoclem imitabat: cuius tragœdia extat luculētiſſima. cui titulus eſt αιασ μαστιγοφοροσ. i. aiax flagellū ferēs. In ſpōgiam: ſcripta quæ improbant ſpongia deleri ſolent: quā ob hoc deletilem priſci dici uoluerūt. Martialis. utilis hæc quotiēs ſcripta nouaꝛ uoles. Auguſtus ſignificare uolēs ſe ſpongia deletili deleuiſſe aiacem ſuam tragœdiam dixit feſtiuiter aiacē in ſpongiā incubuiſſe: alludēs ad aiacis obitum: q gladio icubit furore i mortē præcipitatus: cū ſupatus fuiſſet ab ulyſe in armoꝝ iudicio. hiſtoria nota Macrobius in. ii. ſaturnalium ſic ait. aiacem tragœdiam ſcripſerat Auguſtus eandemq; qđ ſibi diſplicuiſſet deleuerat. poſtea Lucius grauis tragœdiaꝝ ſcriptor iterrogabat eum qd ageret aiax ſuus: & ille in ſpongiā inqt icubuit. Elegās: cor. tacitus: Auguſti inqt prompta ac profluēs quæ deceret pricipem eloquētia fuit. Reconditoꝝ uerboꝝ: Cæſar dictator tanq̄ ſcopulum ſic fugiendū eſſe dicebat iauditū atq; iſolens uerbū. & fauorinus philoſophus adoleſcēti pleraſq; uoces nimis priſcas & ignotiſſimas in quotidianis ſermonibus exprométi dixit: uiue moribus præteritis loquere uerbis præſentibus: qn etiam Quintilianus monet uerba nō eſſe uſurpāda quæ ab ultimis & iam oblitteratis ſint repetita temporibus: qualia ſunt toper quod ſignificat cito: tuburciabūdus & lurciabūdus: quæ ad geneones & lucrones referuntur. Auguſtus taliū uerboꝝ: quæ recōdita ſunt minuſq; uſitata: dicebat ſe uitare fœtores: perinde ac id genus uerboꝝ eſſet fœtidum olidūq;. Delictū. n. ē non paruum uti uerbis nimis obſoletis icognitiſq; & iam deſitis: quod uiciū gellius eſſe ait plerunq; feræ eruditionis quā græci οψιμάθιαν uocant. unde deluſus eſt ille: q in cetu eruditoꝝ de quodam furfureū panem eſitāte. & uinum fœtidū potāte dixerat apludā ædit & floces bibit. apluda. n. priſco ruſtico uocabulo ſignificat furfurē: floces uero uini fecem: Plinius tamen ait apludā uocari purgamenta milii & panici. Senſum animi q̄ apertiſſime exprimere: Cicero in primo de oratore. hoc uno præſtamus uel maxime feris: ꝙ colloquimur iter nos & exprimere dicendo ſenſa poſſumus: ubi ſenſa ſignificantur illa quæ ſentiunt: cum ſenſus ſint q ſentiant. hæc aūt ſenſa aiorū noſtrorum nō ſatis apte exprimemus niſi oratio fuerit aperta atq; perſpicua. nam ut inquit eleganter & uere Quintilianus: Oratio: Cuius ſumma uirtus eſt perſpicuitas: q̄ ſit uicioſa ſi egeat interprete.

Spongia deletilis

Toper
Tuburciabundus
Lurciabundus
Apluda
Floces

M. AN. Cantabrico bello tenus: ad cantabricum uſq; bellum quod in Hiſpania geſſit. Sicilia quia res in ſicilia a ſe geſtas eo complexus eſſet: aut certe inſulæ deſcriptionem. Magno impetu: uehementi ſtili ardore. Quærentibus amicis: a Lucio tragœdiarum ſcriptore grauiſſimo rogatum fuiſſe auguſtum qd ipſius aiax ageret: Macrobius ait. Aiax ea enim erat tragœdiæ inſcriptio. In ſpongiā: incubuiſſe: urbane quidem: & facete dixit alludens ad aiacis exitum quem gladio incubuiſſe conſtat ut eſt apud ſophoclem αὐδοχυμιν ἄρτιοσ νεοσφατυσ: κεῖται κρυφηῶ φασανω περηπτιησ. In ſpongiam: quia ſpongia ſcripta delebantur. Mar. Vtilis hæc quotiens ſcripta nouare uoles. Fœtoribus: & illud non inſulſe dictumq; ſi nimis abſtruſa uerba ſitum ſapiant grauiterq; ob id oleant.

PHI. Necubi: aut ſcriptione aut recitatione: ſcriptio ad lectorem: recitatio ad auditorē refertur. Neq; præpoſitiones uerbis: quædam uerba ſimplicia ſub oſcura ſunt quæ addita propoſitione perſpicua fiūt & aperta: ut exempli cauſa cernere ſimplex uerbum in uſu antiquorum erat ſignificabatq; depugnare atq; cōfligere: ut apud Plautum certamen cernitur & apud ennium. olli cernebant magnis de rebus agentes: atq; id uerbum quod ſimpliciter prolatum eſt obſcurum addita præpoſitiōe de fiet apertum: ut decernere ferro: cuius uerbi ſignificatus omnibus eſt obuius & manifeſtarius. Coniunctiones iterare: Cor. Taciti Plinii

Cernere

cilius efficeret:aut necubi lectorem:uel auditorē obturba
ret ac morareť:neq; præpoſitiones uerbis addere:neq; con
iunctiōes ſæpius iterare dubitauit:q̄ detractæ afferūt aliqd
obſcuritatis:& ſi gratiā augēt. Cacozelos & antiquarios ut
diuerſo gn̄e uicioſos pari faſtidio ſpreuit. Exagitabat nōnū
q̄ i primis Mœcenatē ſuū:cuius Myrobrechis:ut ait:cinci-
nos uſquequaq; pſequiť:& imitādo p iocū irridet. Sed nec
Tyberio parcit:& exoletas iterdū & recōditas uoces aucu
pāti. M. qdē Antoniū ut inſanū icrepat q̄ſi ea ſcribētē quæ
qrūt inueniūt:afferūt.

utriuſq;:aliorūq; quorūdam elo
quutio eſt aſyntheta hoc eſt ſine
coniunctionibus:ita.n.floridior
uenuſtiorq; uideť:ſed ita fit ſub
oſcurior.unde auguſtus iterabat
ſæpe cōiunctiones malens in ele
gantem uſurpare eloquutionem
cū perſpicuitate.q̄ uenuſtam cū
obſcuritate.ſcema polyſynthetō
dr̄:qn̄ ōro eſt pluribus coniūcta
cōiunctiōibus:ut tectūq; larēq;
amicleūq; canē.dialyton uero ē
ōro ſine coniunctionibus.ut eūt

Eloquutio aſyntheta

polyſinthe ton

Dialyton

Cacozelos:cacozelia auorčte diodemede eſt p affectationē corrupta ſnīa:cū eo ip
ſo dedecoreť oratio:quo illā uoluit auctor ornare.hæc fit aut nimio tumore aut nimio cultu.exēplū caco
zeliæ ex nimio cultu illud naſonis afferť:aureus axis erat temo aureↄ:aurea ſummæ curuatura rotæ. Quī.
in.viii.cacozelon inqt ideſt malē affectatio per omne dicendi genus peccat:nam & tumida:& exilia:& præ
dulcia:& abundātia:& accerſita:& exultantia ſub idem nomē cadunt:deniq; cacozelon uocatur quod ſpe
cie boni fallit:oīum in eloquentia uitioꝝ peſſimum hinc cacozeli dicunť huiuſce uitii:cui nomen cacoze
liæ eſt:in ōrone affectatores:latine dici poſſunt mali affectatores emulatoreſq; cacozelus fuit mecenas:cu
ius oratio talis fuit:qualis & uita hoc eſt delicata & ſoluta:ut īquit eleganter Seneca li.xx.epiſtolaꝝ.magni
qdem uir ingenii fuerat ſi non in oratione diffluerct uerba mecenatis hæc ſunt ex quibus cognoſcere facil
lime poteris eum fuiſſe cacozelon.quis pulchrius amne ſiluiſq; ripa comātibus?quid ſi quis fœminæ cir-
ros criſpat & labris columbať.exigūt genium feſto uix ſuo teſtem tenuis ue cerei fila & crepacem mola fo-
cū mater aut uxor inueſtiūt.hæc uerba mecenatis tam improbe ſtructa tam affectata tam eneruata cuius
manifeſtum faciūt illud cacozeliæ fuiſſe mancipatum. Antiquarios:antiquarii dicunť.qui ſordes uerbo
rū & uoces nimis priſcas & antiquas in ōrone aucupanť:quod uitium eſt par cacozeliæ.nāq; ut inqt Gelli
us:uerbis uti aut nimis obſoletis exculcatiſq;:aut īſolentibus nouitatiſq; duræ & illepidæ par eſſe delictū
uideť.Cor.Tacitus in dialogo de oratoribus:nec quēq̄ adeo ātiquariū puto:ut celiū ex ea parte laudē qua
antiquus eſt.Auſonius:oblata p antiquarios mora ſcio promiſſi mei gratiam expectatione conſumpta.a Iu
uenale fœmina antiquaria:dr̄:quæ uoces nimis priſcas & uerſus ob antiquitem ignotos callet.& in ſermo
cinationibus uſurpat.Igiť cum antiquarius eſſet tiberius hoc ē antiquoꝝ uerboꝝ affectator Auguſtus me
cenatem tāq̄ cacozelon tiberium tāq̄ antiquariū pariter fugiebat. Mirobrechis:uerbum eſt mecenatis p
cacozeliam uitioſum utpote nimis affectatū.nā cū uellet dicere capillos eſſe unguentatos:affectate dixerat
myrobrechis quaſi unguento ſtilantes.μύρὸν.enim græci unguentū uocant & βρεχῶ ſignificat proluo
& irrigo.cincinnus uero dicitur capillus intortus & molliter inflexus.hinc cincinnati dicti capillati & cri-
ſpuli:qđ uitii nomen in delicatos & comæ curioſos regeri ſolet.Hieronymus ad demetriadem.cincinnatu
los inqt pueros & calamiſtratos uirgo deuitet.apud Macrobiū epiſtola extat Auguſti irridētis mecenatis
ſui ſtilū utpote mollē & diſſolutū cacozeliaq; corruptū:uideť aūt mecenas dixiſſe myrobrechis:cum itel-
ligi uellet unguēto delibutos ad imitationem plauti:q in aulularia noīat myrobrecharios:quo noīe ſignifi
canť unguētarii cōfectoreſq; unguētoꝝ ad capillos irrorādos:ſic.n.ait aut manulearii aut myrobrecharii.
nos cū plautū pfiteremur publico auditorio:oſtendimus legi etiā poſſe.myrrobaptarii loco myrobrecha-
rii:ſunt.n.myrobaptarii tictores.murrei coloris. Exoletas:lōga antiqtate euaneſcentes iā & abolitas.

Cacozelia

Cacozeli

Cacozelus mecenas

Antiquarii

Myrobre-chis

Cincinnus

Myrobre-charii

M.ANTO. Obturbaret:confunderet. Præpoſitiones uerbis addere:utpote uim:& perſpicuitatem ſer
moni ablaturas. Cacozelos:græce dixit malos & ineptos imitatores. Antiquarios:obſoletotum uerbo
rum & carminum affectatores.Iuuena.ignotoſq; mihi tenet antiquaria uerſus quamquam antiquarius in
bonam quoque partem accipi poſſit:ideſt ueterum poematum & hiſtoriarum peritus ſiue ſtudioſus. Di-
uerſo genere uitioſos:nam ut Cicero & fabius docent decet uetuſtioribus uerbis quandoq; uti:ſed uitio-
ſum putant illa inculcare aut pr̄ſus ob ſoleta repetere. Myrobreches:accuſandi caſus eſt & numerus mul
titudinis:ideſt unguento delibutos:uerba ſcilicet fucatiora ἀπὸ τοῦ μύρου unguento:καὶ βρέχω per-
fundo. Cincinnos:capillos calamiſtro inflexos.Iu.quare hic cincinnus. Exoletas:abolitas. Inconſtās q
modo romanos modo aſianos ſecutus ſit:Plutarchus utebatur autem genere dicendi quod appellant Aſia
num maxime temporibus illis florente plurimamq; cum Antonii moribus ſimilitudine habēte:erat enim
turgens atq; laſciuum & inani quadam iactantia prolenum:Quintilianus.Antiqua quidem illa diuiſio in-
ter atticos & aſianos fuit:quum hi preſſi & intergri contra inflati illi & inanes haberentur.

PHI. Quam intelligant:fuit olim præceptor quidam qui ſicuti liuius & mox Quintilianus tradiderūt
diſcipulos iubebat obſcurare quæ dicerent græco uerbo utēs σκότισον:ideſt obtenebra ſiue oſcura.un-
de illa ſcilicet egregia laudatio:tanto melior ne ego quidem intellexi.hoc idem faciebat Antonius ſi Au-
guſto reprendenti credimus qui ſe tanto meliorem uiſum iri exiſtimabat:quanto fuiſſet obſcurior quan-

mirentur potius homines q̃ intelligãt:deinde ludens malũ & inconſtans in eligendo genere dicendi ingeniũ eius addidit hæc. Tuq; dubitas cimber ne Anneus ut Verráius Flaccus imitãdi,ſint tibi ita quod uerbis quæ Criſpus Saluſtius excerpſit ex originibus Catonis utaris:an potius aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis:uerborum uolubilitas in noſtrum ſermonem transferenda. Et quadam epiſtola Agrippinæ neptis ingenium collaudans:ſed opus eſt inquit dare te operam ne moleſte ſcribas & loquaris.

De uſurparione quorundam ſermonũ eius.

QVottidiano ſermone quædam freq̃ntius & notabiliter uſurpaſſe cũ lr̃æ ipſius antigraphæ oſtantin quibus idẽtidẽ quũ aliquos nũq̃ ſoluturos ſignificare uult calẽdas græcas ſoluturos ait. Et quũ hortat̃ ferẽda

tóq; minus ĩtelligeretur: Cicero quadam ad atticum epiſtola feſtiuiter illudit librum ſerapiõis: ex quo inquit milleſimam partẽ uix intelligo. Heraclitus ille: cui omnia flenda uidebãtur: cognominatus eſt ſcotinos quaſi tenebroſus ex ſtili obſcuritate: illum enim ſudãtes philoſophi uix intelligebãt.

Scotinos heraclitus

An uerráius flaccus exiſtimo legendum eſſe. uerrius flaccus:q auctore gellio ſcripſit libros luculentos de obſcuris catonis cuiuſq; teſtimonia idẽtidẽ citant grammatici:Antonius autem cũ uerbis catoniãis delectaretur merito uerrium flaccũ utpote catonis interpretem imitãdũ ſibi ꝓpoſuerat:in quo carpit̃ ab auguſto noíe inconſtãtiæ cũ modo hos modo illos imitet̃.debemus.n.cõſtituere quẽ imitari uelimus & in eo firmiter perſeuerare:cũ in omni uita ſit ſeruanda conſtantia. Excerpſit:ſaluſtius priſcorum catõiſq; uerborum fuit affectator ideoq; hoc epigrámate noto inceſitur.& uerba antiqui multũ furate Catõis criſpe iugurtinæ conditor hiſtoriæ.leneus quoq; pompeius põpeii magni libertus ſaluſtium pompinonẽ appellauit ſcriptiſq; monſtruoſum catoniſq; uerborum ineruditiſſimum furem. Ex originibus catonis:Marcus Cato ille cenſorius libros ſcripſit luculentos quos origines appellauit:in quibus omnia antiquitatis monumenta collegit:unde ait ipſe apud ciceronem loquens.ſeptimus mihi liber originũ eſt in manibus.de originibus catonis ſic inq̃t Marcus tullius in bruto.iã uero origines eius quẽ florẽ aut qđ lumẽ eloquẽtiæ non habẽt.eruditi ſæpe citant teſtimõia ex originibus Catonis.

Tria oratorũ genera

Aſiaticorum:tria oratorum gña ueteres fecerũt atticos aſiaticos & rhodios:attici limati erãt & emũcti:aſiani ĩflati & inanes habebant̃.rhodii erãt ĩtermedii atq; ex utroq; mixti.præterea aſiaticæ dictiõis duo ſunt gña:unũ ſñioſum & argutũ ſentẽtiis nõ tam grauibus q̃ uenuſtis:alterum genus eſt nõ tã ſentẽtiis frequẽtatũ quã uerbis uolucre & ĩcitatũ.hæc gña dicendi aptiora adoleſcẽtibus eſſe autũat Ci.cũ in ſenibus grauitatẽ nõ hẽant.M.An.aſiaticũ dicẽdi genus ſecutus eſt utpote moribus ſuis accõmodatiſſimũ:erat.n.id ut auctor eſt Plutar.in Antõio:turgẽs atq; laſciuũ.& iam quadam iactãtia & exultãtia plenũ hortẽſius quoq; gñe dicẽdi aſiatico in primis floruiſſe fert̃. Agrippinæ neptis:hæc ex iulia auguſti filia.& Agrippa genita eſt fuitq; caligulæ mr̃. Moleſtæ:tanq̃ cacozela uel antiquario.

Idiographa

Autographæ:idiographæ hoc eſt ipſius mãu ſcriptæ. Idẽtidẽ:freq̃nter.

Ad calẽdas græcas

Neomenia

Ad calẽdas græcas:ita græci calẽdas non habẽt ſicut latini neomenias.nã ut inq̃t Hieronymus ſcribẽs ad ſuniam & fretillã de interpretatione pſalmorum:neomenia menſis exordiũ eſt:quod nos ſecundum latinæ linguæ ꝓprietatem calẽdas poſſumus dicere:uerum qa apud hæbreos menſis ſecundũ latĩæ curſum ſupputatur.& apud græcos mene luna dicit̃ neomenia quaſi luna noua appellatur:regitur cum græci calendas nõ habeãt feſtiuiter auguſtus dicebat eos qui nunq̃ ſoluerent ad calendas græcas ſoluturos:quod ſignificat nunq̃.per contrarium non ineleganter ita dicere poſſemus:ad neomenias latinas:ſicuti ille dicebat ad calẽdas græcas:qa nec latini habẽt neomenias:ſicuti nec græci calendas.Dionyſius in.viii.in hanc ſñiam ſatis conducenter inq̃t.mẽſe decembre noua exiſtente luna:quam græci neomeniam.Romani calẽdas uocant.ea.n.fuit quæ ſuſtulit bellum dies:illud notabile eſt ꝙ cum calendæ ſint propriæ ac peculiares latinorum.nec uſq̃ græcorum tamẽ nomẽ calẽdarum ex uerbo græco inclinatur:quod eſt καλω & ſignificat uoco:nũq; ut docet Macrobius in primo ſaturnalium placuit Romanis primum diem mẽſium calendas uocari:qa primus calabat̃.i.uocabatur a põtifice:qui calata.i.uocata in capitolium plebe pronũciabat:quot dies calẽdis ad nonas ſupeſſent. Varro quoq; de uita patrum calendis inquit calabantur ideſt uocabant̃ & ab eo calẽdæ appellatæ exiſtiat Marcianus capella calendas ſcribi debere per.k.ſed ait ueriſſime Priſcianus hæc littera.K.penitus ſupernacua eſt quod ſentire uidetur & Quintilianus in primo.

M.ANTO. Ex originibus Catonis:leneus grammaticus in eruditiſſimum furem uerborum Catõis criſpum appellauit. Agrippinæ.M.Agrippa & Iulia genitæ. Ne moleſtæ ſuboſcure nimis & affectatæ. Autographæ:propria ipſius manu notatæ. Ad calendas græcas:quæ utique nullæ erant : calend.græci non habent,ſed νεομηνίαι ut Herodotus ait primum menſis diem uocant.

PHI. Contenti ſimus hoc Catone:locum hunc declarat commodiſſime Macrobius in ſecundo ſaturnalium his uerbis.uenit Auguſtus forte in domum:in qua Cato habitauerat. dein Strabone in adulationem Cæſaris male exiſtimantẹ de Catonis peruicatia : ait quiſquis præſentem ſtatum ciuitatis commutari non uolet & ciuis & uir bonus eſt. ſatis & ſerio Catonem laudauit & ſibi ne quis affecta

eſſe p̃ſentia qualiacũq; ſint:contenti ſimus hoc Catone & ad exprimẽdã feſtinatæ rei uelocitatẽ : uelocius q̃ aſparagi coquantur. Ponit aſſidue & pro ſtulto:baceolum:& ꝓ pulleiaceum:& pro cerito uacerolum:& uapide ſeſe habere:pro male:& betizare pro lãguere : quod uulgo lachanizare dicitur. Item ſimus pro ſumus : & domos genitiuo caſu ſingulari pro domus:nec unquam aliter hæc duo nequis mendam magis quã cõſuetudinem putet. Notaui & in

ret res nouas conſulit. cum ita. q; cato p̃nti ciuitatis ſtatu. cõtẽtus foret:nec eũ cõmutari uellet utpote hõ cõſtãtiſſimus:merito dixit auguſtus cõtẽti ſimus hoc catõe hoc ẽ p̃nti ſtatu qualiſcũq; ſit. Quã aſparagi:aſparagos uelociſſime coq̃ aq̃ſat notũ.hinc iocus erat Auguſti de re feſtinãter pacta.Cato ĩ re ruſtica ſcribit:in arũdieto corrudã ſerito uñ aſparagi fiãt:nã cõuẽit arũdinetũ cũ
corruda.ẽ aũt corruda:ut obiter declaremus uerbũ catõianũ:ſilueſtris ſparagus.emẽdãdus locus ẽ mendo ſus ap̃ Pliniũ ex li undeuigeſimo ita.n.paſſim legiẽ.ſilueſtres fecerat natura horridos ut quiſq; demeteret paſſim ecce altiles ſpectãẽ aſparagi:ꝓ horridos emẽda corrudas.Pro ſtulto bateolũ:ſynonima ſtulti multiiuga cõplexus ẽ plautius ſenex ĩ bacchidibus illo uerſu.ſtulti.ſtolidi.fatui fungi.bardi.blẽni buccões ſolus ego oẽs ante eo ſtultitia.bateola apud antiquos ẽ gẽus uaſis ſed nõ uideo qũo inde bateolus ꝓ ſtulto ſatis cõgruẽter ĩcliari poſſit.ĩ qbuſdã exẽplaribus ĩuẽiẽ blaceolũ q̃ lectio minime ẽ repudiãda:nã βλάξ a græcis ſtupidus dr̃ & ſtolidus uñ blaceolũ ĩflectebat Auguſtus cũ ſtultũ dicere uellet & qa cõmẽtatoris offĩm eſt ꝓ multiplices expoſitiões lucẽ obſcuris afferre:qdã bliteolũ legũt uocabulo ducto a blitũ.ẽ aũt blitum genus oleris ſatiui ĩertis ac ſine ſapore aut acrimõia ulla.uñ cõuitiũ fœminis apud menãdrũ poetã comicũ faciũt mariti:qđ imitatus plautus elegãter & doctiuſcule blitẽa uocat fœminã ĩtelligi uolẽs fatuã inſipiẽtẽ ac.ĩutilẽ ſicuti ẽ blitũ.ſic.n.ait ĩ truculẽto:blitea & lutea ẽ meretrix:niſi q̃ ſapit ĩ uino ad rẽ ſuam. laberius quoq; mimographus ĩ eadẽ ſignificatiõe dixit.bipedẽ bliteã belluã.itaq; a blito nõ ĩuenuſte bliteolus pro ſtolido deriuari põt.cætera q̃ tradunẽ paꝝ ſũt cõſiſtẽtia & nullo lepore cõdita. Pulleiaceũ:cũ pullũ dicere uellet Auguſtus dicebat pulleiaceũ ea pœnæ decliatiõis forma q̃ gallina gallinaceus deriuaẽ & a mẽbrana mẽbranaceus:quãuis a pullo cũ ſit ſecũdi ordinis magis pullicius q̃ pulleiacius ĩcliari debere uideaẽ:ſicut a fabro fit Fabricius:a tribũo tribũicius.hoc aũt pulli & pulleiacii nomẽ & ad auem referri põt & ad pueꝝ catamitũ:q eẽt in deliciis cuiuſdã.tales.n.pullis antiqtus dicebaẽ:ſicut fabius cognomẽto eburneus dictus ẽ pullus iouis. Pro cerito:ꝓ ĩſano:ceritos.n.antiq male ſanos & lymphatos appellauerũt q̃ſi cereris ira uexatos Plautus iube hãc ꝓ cerita circũferri:idẽ.certe laruatus es aut ceritus. Vaceroſum:uacerram dicũt uecordẽ & ueſanũ:quo noĩe ut inqt feſtus maledictũ ſignificaẽ.hinc a uacerra uaceroſum deducebat Auguſtus ĩtelligi uolẽs uehemẽter ĩſanũ:hoc.n.ĩclinamentũ in oſus ſignificat ut inqt nigidius copiam quãdã ĩmodicã rei.ſup qua dr̃. Vapide:a uapido deduci hoc aduerbiũ uideẽ:cũ ea quæ uapida ſint minus ſint robuſta & ualẽtia.uapos dicebaẽ a priſcis q nũc uapor.Neuius.iã ubi nos duplicat aduenientes timos.uapoſq;:qdã a uappa uappide ĩclinari autumant.uinũ.n.eructũ uappã dici ſat notũ eſt:in quoquo cũ deferbuit deperit ſapor.hinc ꝓbroſum ad hoĩes nomen tranſlatũ eſt in qbus degenerauit animus auctor Plinius in.xiiii.unde ab oratio dictũ.nõ ego auarũ cũ ueto te fieri uappã iubeo & nebulonẽ. Betizare:poteſt uideri deriuatũ uerbũ beta quæ languida eſt & flaccida iuxta illud catulli lãguidior tenera cui pẽdet ſicula beta:uel a uerbo græco βηττω quod ſignificat tuſſio. Lachanizare:ita tẽporibus illis Romãi Romano ſermone dicere uolẽtes languere dicebant lachanizare fortaſſis a lachano:quod græci olus uocant. inde lachanopolion forũ olitoriũ dictũ.olus aũt molle eẽ & languidũ nemo nõ nouit. Simus:eſt medius quidã.u.&.i.litteræ ſonus:nõ.n.ſic optimũ dicimus ut opimũ.auctor Quintilianus.p̃terea ut ait priſciãus inter.i.&.u.cognatio eſt.nam antiqui carnufex lubẽs peſſumus dicebant:ꝓ carnifex libens peſſimus. Domos:ſcribit priſcianus in primo.u.apud multos italiæ populos in uſu non fuiſſe.ſed econtrario.o.unde romanoꝝ quoq; uetuſtiſſimi in multis dictionibus loco.u.poſuiſſe.o.inueniunẽ.poblicũ pro publicũ.colpã pro culpam dicentes.præterea ſeruos dauos pro ſeruus & dauus uſurpabatur.

Corruda

Synonima ſtulti

Blaceolus

Blitum

Blitea

Ceriti

Vacerra

Vapos

Vappa

Lachano polion

M.AN. Hoc Catõe:ad catõis uidelicet cõſtãtiã alludẽs:Catões aũt duo oĩum clariſſimi cẽſorius & uticẽſis:hic ſatyrus tertius e cœlo cecidit Cato:catũ uñ catonũ noĩa ueteres aſtutũ dixere:ſiue cautũ. Cic.ſed homo catus nunq̃ terminat nec magnitudinis:nec diuturnitatis modũ. Aſparagi:ab eo dicti ut Varro ait qa ex aſperis leganẽ locis:uel qa græci ἀσπάραγον dicunt ſilueſter aſparagus corruda plinio auctore dicitur. Baceolũ:nõ memini me id uerbũ adhuc legiſſe:ſed uide ne baccheolũ a baccho ὑπὸ ὀρειϊκοῦ dixerit:abiectaq; librarioꝝ ĩſcitia:aſpiratõe:baccheolũ ſcribi ſit cœptũ:ꝓ baccheolũ. Pullo:ꝓ nigro ne an gallinaceo ac eque filio in dubiũ euenire poteſt. Vapide:ſi a uappa:duplex.p.habeat neceſſe eſt.eſt uappa ut plinius docet uinũ corruptũ:Plinius uitiumq; muſto quibuſdam ĩ locis iterum feruent:qua calamitate quum deferbuit deperit ſapor:uappæq; nomen accipit:probroſum etiam homini quum degenerauit animus.niſi uapide pro calide potius?ac perinde febriculoſe dixerit:Perſius:Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem. Pro cerrito:cerritum pro furioſo ueteres poſuere:Nonius & Seruius : ſunt auctores : Plautus:tu certe laruatus es:aut cerritus. Vacerroſum:uecordem & dementem ueteres ut feſtus docet uacer-

ram dixere:unde uaceroſus. Betizare:a betarũ languore:uel hebeti potius ſtupidoq; ſapore id factũ uideri põt:unde &.M.Fatuas eas appellat:ut ſapiãt fatuæ fabroꝝ prãdia betæ. Lachanizare:græci λάχανον holus appellãt. Domos ꝑ domus:antiq o pro u uſi ſunt:& fabius & uetera epigrãmatica teſtantur.

chirographo eius illa præcipue non diuidere uerba:nec ab extrema parte uerſum abundantes litteras in alterũ trãſferre ſed ibidem ſtatim ſubiicit circunducitq;.

De orthographia & mõ ſcribendi eiuſdem.

ORthographiã ideſt formulã:rationẽq; ſcribendi a grammaticis inſtitutam nõ adeo cuſtodiit:ac uidetur eoꝝ ſequi potius opinionẽ:qui perinde ſcribẽdum ac loquẽdũ exiſtimẽt. Nam quod ſæpe nõ litteras modo.ſed ſyllabas aut permutat.aut pteriit.cõmunis hominũ error eſt.nec ego id notarem.niſi mihi mirum uideret̃ tradidiſſe aliquos.legato cũ cõſulari ſucceſſorẽ dediſſe.ut rudi & indocto.cuius manu ixi ꝓ ipſi ſcriptũ animaduerterit. Quotiens autẽ per notã ſcribit.b.ꝓ.a.c.ꝓ.b.ac deinceps eadem ratiõe ſequentes litteras ponit pro.x.aũt duplex.a.

De pitia eius & uſu grçcaꝝ lr̃aꝝ & benigna audiẽtia alioꝝ.

DE græcaꝝ qdẽ diſcipliarũ leuiore ſtudio tenebat̃.in qbus & ipſis pſtabat largiter.magiſtro dicendi uſus Apollodoro pgamẽo.quẽ iã grandem natu

PHI. Chirographo: ꝓpria ipſius Auguſti mãu ſcripto. Verſuum:lineaꝝ ut ita dicamus:non.n.uerſus id ſolũ ſignificat quod uulgo dr̃ ſed accipit̃ ẽt i ꝓſa oratiõe ꝑ quocũq; litteraꝝ ordie in pagia ſcripta pducto:uulgo lieas appellãt.Quitilianus in.x.qppe cũ i bruto.M.Tullius tot milibↄ uerſuũ de Romanis tm̃ oratoribus loquat̃.Pli.in.xi.uerſus ſtrui dicit ab apibↄ p ordies ſic.n.ait. primi fere tres uerſus inanes ſtruunt̃ nouiſſimi maxie iplent̃ melle.pterea uerſumueteres dixerũt cẽtũ pedes quoquo uerſum quadratũ.& i his uerſibus i cãpania rura metiebãt̃:ut docet Varro i prio de re ruſtica. Ibidẽ:i extrema pte uerſus:moris ẽ uti ſcribẽdo iterdũ dimidiata dictio in fine lineæ reliquat̃ & reliq̃ ps i ſequẽtẽ uerſum trãſferat̃.hoc aũt auguſtus minime faciebat:ſed ſupabũdãtes uerboꝝ lr̃as i fine uerſus ſubiiciebat circũducebatq; Orthographiã:ſicut loquẽdi regula ẽ grãmatice ita orthographia ſcribẽdi:quã nos ut ait Q uitiliãus recte ſcribẽdi ſciam nominemus. A grãmaticis inſtitutã:grammaticiut res exẽplo colliqſcat:iſtituerũt ut hæc pticula cũ ſi tẽpus ſignificaret ꝑ Qu.ſcriberet̃ ſi uero comitẽ:p.c.ut optinuit diceret̃ ꝑ lr̃am.p.cũ rõ.b.poſcat pterea priſcis grãmaticis placebat dicere columã ꝑ colũnã:cõſules ꝑ cõſules & alia id gẽus inũera.ſed auguſtus exploſa obſeruatiõe illa grãmaticoꝝ prãcida & moroſa ſic ſcribebat ꝓut loquẽdo uerba enũciant̃. Peride:tã. Ac:q̃. Lr̃as pmutat:ſicuti tiga placẽtinus pculã ꝑ pergulã dicẽs duos i uno noie faciebat barbariſmos.ſi reprẽdẽti hortẽſio credimus nã & imutatiõe peccabat cũ.c.ꝓ.g.uteret̃:& trãſmutatiõe cũ.r.ꝑpõeret antecedẽti. Syllabas pmutat:uitiũ barbariſmi eſt ſyllabam aut detrahere aut imutare. Legato cõſulari:decẽlegati ex uiris cõſularibↄ ipatoribↄ romãis dabãt̃:qd cõſiliũ ut inqt Liuius erat diſpẽſandæ & cohõeſtãdæ uictoriæ.legati ipio parebãt reliq:ipſe uero pebat imperatori.ſcribit Cicero i epiſtolis ad atticũ maiores nr̃os nõ ſolitos legare i decẽ:q eẽnt ipatoꝝ neceſſarii. Ixi ꝓ ipſi:hoc erat argumẽtũ iſciẽtiæ & ruditatis:q; ixi ſcripſiſſet ꝓ ipſi.x.aũt nõ loco.ps.accipit̃:ſed mõ p.cs.mõ p.gs.uſurpat̃:ut apex apicis grex gregis.auctor Priſciãus i prio hac lr̃a ut inqt Quitiliãus:tã carere potuimus q̃ ſi nõ q̃ſiſſemus. Per notã:i iulio Cæſare de notis lr̃ariis q rõne q̃dã cõpẽdiaria notãt itegra uerba.dictũ ſatis ẽ copioſe. Pro.x.duplex a.cũ hæc lr̃a.x.ſit ultia in ordie lr̃aꝝ:merito Auguſtus ad illã ſignificãdã recurrebat ad primũ elemẽtũ:quo cõduplicato.x.ſignificabat̃:cũ i aliis lr̃is elemẽtariis ſignificãdis ſecũdã uſurparet ꝑ antecedẽte. Apollodoro pergameno:Apollodorus orator pgamenus rhetoricã cõſcripſit & apollodoreã ſectam itroduxit ut ſcribit Strabo in.xiii.quẽ plurimũ extulit Auguſti Cæſaris amicitia:cuius magiſter fuit.Apollodori pcepta ex diſcipulis cognoſcebant̃:quoꝝ diligentiſſimus in tradẽdo fuit latinæ Caius Valgius:græce Atticus:ſectatores apollodori appellati ſunt apollodorei.pgamenus autẽ dictus eſt a patria pgamo:quæ ciuitas eſt aliæ iclyta.unde membranæ pergamenæ nũcupatæ.

M.AN. Illa:ſed ulla uerius legeris ut ſit ullam non.i.nulla:niſi ad ea quæ dixi id referas:quod abſurdũ fuiſſet id in duobus tantum:tribus ue ad ſummũ uerbis:nec pluribus ſeruare. Circunducit: ſuperabundantes.ſ.litteras. Notarem:obſeruarem. Legato conſulari:aut qui ſub conſule erat aut quod magis placet qui conſularem prouinciam uicario nomine adminiſtrabat. Decimo pro duplex aa:ut ſi uertex ſcribẽ oportuiſſet.hæc litterarũ ſtructura ſeq̃batur.x.f.s.t.f.aa. Apollodoro pergameno.Quintilianus: Apollodorus pergamenus:qui præceptor Apolloniæ Cæſaris Auguſti fuit.

PHI. Apolloniam:ciuitatem epiri:ubi Auguſtus ſtudiis litterarum:uacauit. Contubernium initium more philoſophorum.nam pythagorici a pythagora doctore in cohortem diſciplinarum recepti:quod quiſq; familiæ pecuniæq; habebant in medio dabant: & ita coibatur ſocietas inſeparabilis:fiebatq; contubernium quod a communi uita cenobium appellauerunt.de contubernio & contubernalibus dictum eſt

uerſus

Optinuit

X

Apollodorus pergamenus

Cenobiũ

Apoloniá quoq; ſecũ ab urbe iuuenis adhuc eduxerat:deíde ét eruditióe uaria repletus Sperarei philoſophi filiorũq; eius dionyſii & Nicanoris contubernium iniit:non tamé ut aut loqueretur expedite:aut componere aliquid auderet. Nam & ſi quid res exigeret latine formabat : uertédũq; alii dabat:ſed plane poematũ quoq; non imperitus delectabatur etiá comœdia ueteri : & ſæpe eam exhibuit publicis ſpectaculis. In euoluédis utriuſq; linguæ auctoribus nihil æque ſectabatur q̃ exépla & præcepta publice uel priuatim ſalubria:eaq; ad uerbũ excepta:aut ad domeſticos:aut ad exercitũ prouinciarũq; rectores:aut ad urbis magiſtratus:plerũq; mittebat:ꝓut quinq; monitione ídigerét. Etiá libros totos & ſenatui recitauit:& populo notos peredictũ ſæpe fecit:ut oratióes. Q u. Metelli de prole augéta:& rutilli de mõ ædificiorũ:quo magis perſuaderet utranq; rem non a ſe primo animaduerſam:ſed antiquis iam tunc curæ fuiſſe. Ingenia ſeculi ſui omnibus modis fouit: Recitantes & benigne & patiéter audiuit. Nec tantũ carmina & hiſtorias:ſed & orationes & dialogos. Componi tamen aliq̃d de ſe niſi & ſerio & a p̄ſtantiſſimis offendebatur:admonebatq;

in prio. Loq̃ret̃ expedite:idem eueniebat Auguſto í pronũciãda græca lígua:qđ ſcribit Hieronymus ſibi euéiſſe í lígua caldaica. refert.n.í phemio danielis ſe magis poſſe chaldeũ ſermoné legere & ítelligere q̃ ſonare. Vertédũ:ex latia lígua í græcá linguá tráſferendũ. Comœdia ueteri: Antiq̃ comœdiá : quá græci archeá uocát hoc eſt ueteré:ſincerã illá attici ſermonis gratiá ꝑpe ſola retinet.eadẽ facúdiſſima libertate uitia íſectat̃ & ut auctor eſt Quítilianus í decimo grádis eſt & elegans & uenuſta & nulla ad oratores faciédos aptior.plures eius auctores ſũt:ſed illi præcipui:q oratião uerſu cõtinétur: eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ. Exhibuit : edidit & ꝑ actores hiſtrionicos populo ſpectáda dedit. Publicis ſpectaculis:ſicut plautinæ terétianæq; comœdiæ exhiberi ſolebát & ꝑ hiſtriões actitari. Quá exépla: q̃lia ſunt illa q̇ collegit Valerius Maxíus in libris dictoꝝ factorúq; memorabiliũ. Ad uerbũ excepta:hiſdẽ uerbis:q̃bus ꝑſcripta fuerát a conditoribus adeo ut nec uerbi quidem fieret ímutatio:aliter dicitur ad litteram ut apud Quintilianum ſic ſcribétem in nono quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteram ſubieci íterpretatio quoq; fieri dicitur de uerbo ad uerbum.quando uerba ſingula in interpretatiõe ſectamur. Ad domeſticos:hæc erant præcepta priuatim ſalubria. Ad magiſtratus:& hæc erát præcepta publice cõducibilia. Oratiões quinti metelli:Auguſtus Cæſar cum de maritandis ordinibus ageret in ſenatu recitauit orationem.Quin. metelli numidici:quam in cenſura ille dixit ad po.Ro.de ducédis uxoribus liberorum creandorum cauſa. Rutilii:multi apud:ros de architectura & modo edificiorum ſcripſerunt:inter quos uictruuius excellit & ante uictruuium ſcripſit Rutilius:de quo opinor eſt illud epigrammati poetæ:famæ rutilium ſuæ relinquat.neſcio an hic ſit ille rutilius Ruffus:qui dicitur exemplum innocétiæ:quo Cicero in primo de oratore ſcribit neminem integrioré neq; ſanctiorem in Romana ciuitate extitiſſe qui fuit homo doctus & philoſophiæ deditus. Vtráq; rem:de ducédis uxoribus & de modo edificiorum. Ingenia fouit:dos imperatorum unica eſt fouere eruditos:ſubleuare diſciplinas:mundificentia ac liberalitate proſequi profeſſores doctrinarum.náq; & Dionyſius tyránus domi alebat honorabatq; ſophiſtas ſapientiæq; doctores : ut ſaltem per illos foret uenerabilis.laudatur Traianus ꝙ honorem maximum habuerit dicẽdi magiſtris : ꝙ fouerit ſapiẽtiæ doctores:adeo ut ſub ipſo ſpiritum & ſanguinem receperint ſtudia intermoriẽtia. laudat̃ & Alexáder Romanis Imperator.ꝙ rhetoribus grammaticis:medicis ſalaria íſtituerit:& profecto bonas artes nulla res perinde euocat accẽdit exſtimulat ac principis benignitas & magnificentia. Vnde ait Plutarchus in li.ii.de fortuna Alexádri ingenia poetarum effloreſcere fecit atq; ſplendeſcere ipſius alexandri indulgentia. Recitantes:ſicut olim Virgilium recitantem aliquot æneidos libros benigne una cum octauia ſorore audiuiſſe fertur.Plinius quoq; laudat in epiſtolis Claudium:ꝙ ſubitus recitãti nouiano inopinatuſq; uenerit. Dialogos:Plato in ſcribendis dialogis diuinus eſt:quem emulatus eſt Cicero in libris fere omnibus ad philoſophiam pertinẽtibus in uoluminibus quoq; de oratore res agitur per dialogum:ubi differentes inducit ſceuolam Craſſum & Antonium.

archea comœdia

Rutilius

fouenti eruditi

M.AN. Sparei:arei:nõ ſparei rhetoris nõ philoſophi eodem loco meminit Fabius. Vertendũ:ex latío græcum faciendum. Comœdia ueteri:cuius Ariſtophanes:Cratinus & Eupolis auctores:ut Fabius ſcribit fuere:fuitq; ſatyræ quam romãi hodie celebrãt:haud multũ diſſimilis:mira in eo genere ſcribendi licẽtia. Exhibuit:agẽdam dedit. Publice uel priuatim:ad publicũ uel priuatim uſum attinẽtia. Libros totos:eiuſmodi exẽplis refertos. Qu.Metelli:is cẽſor ut gellius tradit enixe operá dedit:ut populo connubia perſuaderet. Rutilii:huius credo Cicero in Lelio nõ uno meminit ioco. A præſtantiſſimis:ab clariſſimo & peritiſſimo quoq; ſecutus forte magni alexandri exemplum:qui ut Cice.ſcribit:ab appelle potiſſimum pingi uoluit:fingi uero ab uno Liſyppo:utroq; in ſuo genere eminentiſſimo.

ꝑtore s ne paterēt nomē ſuū cōmiſſionibus obſolefieri:

De obſeruatione religionum.

CIrca religiones talem accepimus tōitrua & fulgura paulo infirmius expaueſcebat: ut ſemp & ubiq; pellē uituli marini circūferret ꝑ remedio: atq; ad omnem maioris tēpeſtatis ſuſpicionē in abditū & cōcameratum locum ſe reciperet. Conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris: ut ſupra diximus.

De obſeruatione ſomniorum.

PHI. Pu. Scipiōis: is fuerat ſocer Pōpeii: belliq; ciuilis reliq̄as refouerat ī Aphrica mox uictus in acie circumuētus ab hoſtibus honeſte morti uocem quoq; adiecit honeſtam. q̄rentibus. n. hoſtibꝰ ubi eēt īpator: rn̄dit īpator bene ſe habet. de pōtifice maxīo pōtificūq; mīoꝝ collegio dictū eſt affatim in iulio Cæſare uidet̃ in hoc loco pōtifex unus ex mīoribus ſignari potius q̄ maximus.

imperator bn̄ ſe hēt

Narbo: narbo marcius duodecim millibꝰ paſſuū a mari diſtat: a cuius noīe narbonēſis ꝓuincia appellat̃: bracchata gallia an̄ dicta. Plinius narbonē decumanorū coloniā uocat ꝓpterea q̄d milites decimæ legiones in eam coloni deducti ſunt. Strabo in. iiii. ait narbonē fuiſſe ampliſſimū eius regionis emporiū. Sidōius in endecaſyllabis luculento præconio extollit narbonem narboniſq; pulchritudinem opulētiā ſalubritatem. Arelate: in mediterrāeo narbonēſis galliæ ciuitas eſt arelate: a Plinio dicta colonia ſextanoꝝ: quoniā ex ſexta legiōe coloni deducti ſunt. Haꝝ coloniaꝝ deducēdarū auctor fuit Cæſar q̄bus patrē tyberii præfecit uelut unū ex triūuiris: qui more ro. colonos deducebāt: eiſq; agros uiritim diuidebant. Turbaꝝ: turbationū. Abolitionem facti: poſt interfectū in ſenatu Iulium Cæſarem multi de amneſtia quæ lex eſt obliuiōis diſcordiaꝝ reuocanda cenſuerūt: & hoc eſt illud uetus uerbū: q̄d Cicero in. i. philippica uſurpaſſe ſe teſtat̃: quod in ſedandis diſcordiis uſurpauerat olim ciuitas atheniēſiū: de quo in libro annotationū plura. De præmiis tyrānicidaꝝ: tyrānicidæ dicti ſunt Iulii Cæſaris īterfectores: quos Cicero uocabulo græco tyrānoctonos appellat. refert Appiāus cinnam qui prætor erat imprimis īterfectores Cæſaris collaudaſſe: eoſq; cenſuiſſe ut cōſeruatores e capitolio euocādos: & honoribus meritis afficiēdos. fuerūt & alii ut idem eſt auctor: q hoc idem aſſererēt. ſcribit Cicero in ōrone ꝓ Milone morem eſſe grœcoꝝ ut honores deoꝝ tribuant his uiris: q tyrannos necauerūt extant declamatiōes hoc argumēto. tyrānicidæ præmiū detur. Inter triūuiros: Mar. Antoniū lepidū & Auguſtū. Vltra iuſtum tēpus: iam finita prætura: q ānuus eſt magiſtratus. Inſignibus: prætoriis ornamētis. In partibus. ſ. L. Antonii & in factiōe Auguſto cōtraria. Præneſte: oppidū eſt latii quōdam Stephane dicta ſiue polyſtephanon a copia coronaꝝ: ubi fortūæ templū illuſtre uiſebatur de quo ſilius templiſq; dicatum fortunæ præneſte iugis. Neapolim: opus chalcidēſium eſt parthenope a tumulo ſirenis appellata.

Amneſtia Lex

tyrāno ctoni

Præneſte

Seruis ad pileum: legimus ſæpe apud hiſtoricos ad pileū ſeruos fuiſſe uocatos quod ſignificat ad libertatem: cuius inſigne eſt Pileus. Liuius in. xxiiii. poſtero die ſerui ad pileū uocati: & carcere uincti emiſſi: confuſaq; omnis multitudo hippocratē atq; epicidem creāt prætores. hinc illud ꝓuerbiale apud Senecā in. vi. epiſtolaꝝ. dicet aliquis me uocare ad pileū ſeruos. poſt iterfectū Iuliū Cæſarē q̄dam pileū in haſta prætulerunt tanq̄ libertatis ſignū: uniuerſoſq; ad ciuilitatem patriā uocauerunt: olim lucius cinna uocatis ad pileū ſeruis aduerſarios deuicit: mos fuerat apud ueteres ut ſerui q per manumiſſionē liberi fiebant raderent caput & calui pileū caperent: hinc eſt illud plautinū: dii faxint ut hodie raſo capite caluus capiā pileum. pater Tyberii fruſtra ſeruos ad pileū uocauit: q̄m hoīem ſeq noluerunt. malueruntq; in ſeruitute uitam tutā degere: q̄ ſpe libertatis ꝑiclitari. Faſcium uſu: ꝑtores ſicut & ꝓconſules nō pluſq̄ ſex faſcibus utebantur: cū cōſules. xii. uterent̃. Sexti pōpeii: filii magni Pōpeii: q a lucano dictus eſt ſiculus pirata: de quo ſupra ſatis ac ſuper. In achaiam: Plinius. achaiæ nomē ꝓuinciæ ab iſthmo incipit: ante egialos uocabatur propter urbes

Vocare ſeruos ad pileum

Achaia egialos

in littore per ordinem diſpoſitas.græci.n.αἰγιαλὸν uocant littus:eſt aūt innexa achaia pelopōneſō. M.AN. P.Scipiōis q eſt a.C.Cæſare in Africa uictus Appianus & Plutarchus ſunt auctores. In qbus:in numero quaꝝ. Narbo:unde galliaꝝ una cognomiata emptorium ut Strabo ait illuſtre ad oſtiū rhodāi. Atelatæ:& hoc quoqꝫ eiuſdē terræ emporium & ipſum rhodano ut idem auctor tradidit adiacens. De præmiis tyrannicidaꝝ:Appianus cōſultationis illius auctor eſt:qua nō defuerunt q Cæſaris percuſſoribus præmia publice cōſtituenda ut tyrānicidis cenſerent:Athenięſes:ut Plinius opinari uidetur primi omniū Harmodio & ariſtogitoni quia tyrānū occidiſſent ſtatuas poſuere:ſed illi nō hippiā tyrānum ut Thucydides demonſtrat ueꝝ Hipparchum tyrāni fratrem occiderūt:quem uulgo errorem ſcriptoꝝ ignauia inoleuiſſe idem auctor teſtatur:ut illi pro tyrānicidis a recentioribus falſo celebrent̃ hinc clariſſimi auctoris uox illa ουτῶσ ἀτάλαιπωροσ τοισ πολλοῖσ ηζλιτωησισ τλῖσ αλλιϑρασ. L.Antonium: Antonii triumuiri fratrem Auguſti inimicū Plinius in ſumma inqt deus ille quū de Auguſto interim loqueret̃ cœlumqꝫ neſcio adeptus magis an meritus:hærede hoſtis ſui filio exceſſit:ſui enim cōtenderim eſſe legem nō ſue ut Pliniāi codices quos uidimus habēt.non enim Liuia Tyberii mater fuit Auguſti hoſtis:immo illius amantiſſima:ſed pater qui in partibus aduerſus etiam pertinaciſſime manſit. In partibus:in ſtudio diuerſarum partium. Ad pileū:ad libertatem. Sexti Pompeii:qui tum ſiciliam obtinebat. Faſcium uſu phibitum:ne faſces & prætoria inſignia præ ſe ferret. In achaiam:in partem græciæ ab iſthmo ſe peloponneſo inſinuantem. Inter eos:Auguſtum ſcilicet & Antonios.

beriū enixam petenti Auguſto cōceſſit:nec multo poſt diē obiit utroqꝫ liberoꝝ ſupſtite Tiberio:druſoqꝫ Neronibus.

De loco & tempore natiuitatis Tiberii.

Tiberiū qdam fundis natum exiſtimauerunt ſecuti leuem coniecturam.quod materna eius auia fūdana fuerit.& qđ mox ſimulachrū fœlicitatis.S.C. publicatū ibi ſit.ſed ut plures certioreſqꝫ tradunt.natus eſt Romæ in palatio.xvi.calen.decēbribus.M.Aemilio Lepido iteꝝ.& Munatio Planco conſulibus poſt bellum philippenſe.ſic enim in faſtis actaqꝫ in publica relatum eſt.nec tamen deſunt qui tum antecedente anno Hircii ac Panſæ partim inſequente Seruili Hiſaurici Antoniiqꝫ conſulatu genitum eum ſcribant.

De infantia & pueritia Tiberii.

Infantiā pueritiāqꝫ hūit luxurioſam & exercitatā comes uſqꝫquaqꝫ parentū fugæ. quos qdem apud Neapolim ſub irruptiōe hoſtis nauigiū clā petētes uagitu ſuo pœne bis ꝑdidit.ſemel quū a nutricis ubere.itē quū a ſinu mr̄is rapti auferet̃ ab hiſ.q ꝑ neceſſitate tpis mu

PHI. Auguſto cōceſſit:ſextus Aurelius:liuiam auguſtus quaſi marito cōcedente ſibi cōiunxit. Vtroqꝫ liberorum: Tyberio q natus erat in domo pr̄na:& druſo:qui domi auguſti natus eſt tribus mēſibus poſtq̄ liuia mr̄ nupſerat Auguſto. Fūdis:in ciuitate fundana:quæ erat ī latio. Oratius.fundos aufidio luſco ꝑtore libēter linqmus. Fūdana:ex oppido fundoꝝ:de fundanis hiſtoria eſt apud Liuiū in octauo:qui olim metuētes bellum a romāis: orarūt plautinū cōſulē:ut ab innoxio populo abſtineret:dicētes agros urbē corpora ipſoꝝ cōiugumqꝫ ac liberoꝝ ſuoꝝ in poteſtate po.ro.eē futuraqꝫ.itaqꝫ collaudati ſunt ꝙ in officio eſſent. Fœlicitatis:Romāi ueteres iter numina fœlicitatē quoqꝫ deā colebāt:Auguſtinus i.iiii.de ciuitate dei:qd fœlicitas dea ē ædem accepit:arā meruit:ſacra ei congrua pſoluta ſunt. Poſt bellum philipēſe:qđ auguſtus & Antonius geſſerunt aduerſus Brutū & Caſſium. Acta publica:ſupradictū eſt quēadmodū acta ſinguloꝝ annoꝝ cōficiebant̃.Pli.i.ii.eodē cām dicēte lateribus coctis pluiſſe i eius āni acta relatū ē. Hirci & pāſæ:ānus quō hircius & pāſa cōſules fuerūt:anceſſit ānū:quo lepidus & munacius plācus cōſulatū geſſerūt. Inſequēte:q ſecutus ē cōſulatū lepidi & plāci. Infantiā:hippocrates maximus medicoꝝ ſeptē gradus facit ætatū priæ ætatis finē putat eſſe ſeptimū ānū.ſcdæ q̄rtūdecimū:tertiæ duotrigeſimū:q̄rtæ trigeſimūqntū. qntæ duo deqnquageſimū.ſextæ qnquageſimūſextū. ſeptimū nouiſſimū ānū uitæ hūanæ.Seruius ætates ſic diuidit īfantiā pueritiā:adoleſcētiā:iuuentā:ſenectā:ſed uarro ut docet cēſorius gradus qnqꝫ ætatis equabiliter putat eſſe diuiſos:unūquēqꝫ.ſ.ꝑter extremū in ānos qndecim:itaqꝫ primo gradu uſqꝫ ad annū qntūdecimū pueros dictos:qđ ſint pueri.i.īpuberes.ſcđo ad trigeſimū ānum adoleſcētes ab adoleſcēdo noiatos.i tertio gradu:q erat uſqꝫ ad qnqꝫ &.xl.ānos iuuenes appellatos:eo qđ rē pu.i re militari iuuare poſſent.In q̄rto aūt gradu uſqꝫ ad.lx.ānū ſeniores nūcupatos:qđ tūc corpus ſeneſcere icipiat.ide uſqꝫ in finē uitæ uniuſcuiuſqꝫ qntū gradū ſcm̄.in quo q eſſent ſenes appellatos:qđ ea ætate corpus iā ſenio laboret.Auicēna & Albertus magnus oīs ætates numero q̄ttuor eſſe ꝑdiderūt ætatem adoleſcētiæ uſqꝫ ad.xxx.annos:quā ſubſeqt̃ ætas cōſiſtentiæ:alio noie dicta ætas pulchritudinis uſqꝫ ad.xl.annos:tertia ætas eſt minutiōis:quæ ſenectus dr̄ ptinetqꝫ fere uſqꝫ ad.lx.annū.nouiſſima ætas dr̄ ſeniū quæ eſt finis uitæ. Sub irruptione: milites auguſti

Fundanis

Fœlicitas dea.

Gradus ætatum

pueri unde

Aetates ſecundū auicenā & alber.mag.

ſignificat.q tunc hoſtis erāt patris tyberii utpote ſecuti partes Lucii Antonii bello peruſino. Vagitu deū noīe uagitanū colebant priſci q īfantū uagitibus p̄eſſet ut docet Auguſtinus.in.iiii.de ciuitate dei. Au.Gellius non uagitanū deū uocat ſed uaticanum:pœnes quem eſſent humanæ uocis initia. Vagitānus

M.AN. Cōceſſit:ut facto cū ea diuortio ī uxorē duceret. Tyberio:is ante diuortiū apud patrē natus fuerat. Druſo:quē poſt Liuiā Auguſto cōceſſam naſci cōtigit. Fūdis:oppido iciectoris lati finibus īcluſo uel ī ipſo potius cōfinio. In palatio:ī regiōe palatii. Poſt bellū philippēſe:ab Antonio & Auguſto aduerſus Brutū & Caſſiū in philippis geſtū. Hircii & panſæ q mutinēſi perierūt bello. Antecedēte anno:q Philippēſe bellū p̄ceſſit. Partim:quidā alii. Inſequēte:qui ipſum bellū eſt p̄xime ſecutus.conſtat igit̄ eo triennio natū:ſed quo anno parū inter auctores cōuenit. Luxurioſam:magnis īcrementis præditā. Exercitatā:quia infans & puer paternæ fuge comes. Irruptionē hoſtis:hoſtibus ſubito irrumpentibus.

erculas leuare onere tenctabant:per ſiciliā quoq; & achaiam circunductus a lacedemoniis:publice q in tutela Claudiorum erant:demandatus:digrediens inde itinere nocturno:diſcrimen uitæ adiit:flamma repente e ſiluis undiq; exorta: Adeoq; omnē comitatum circūplexa:ut Liuiæ pars ueſtis & capilli amburerentur. Munera quibus a Pompeia Sexti Pompeii ſorore in Sicilia dōatus eſt:chlamis & fibula:itē bullæ aureæ durant:oſtenduntur q; adhuc baiis. Poſt reditum in urbem.a.M.Gallio ſenatore teſtamēto adoptatus hereditate adita:mox nomine abſtinuit: quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat. Nouem natus annos defunctum patrem pro roſtris laudauit. Dehinc pubeſcēs actiaco triumpho currum Auguſti comitatus ē ſiniſteriore

PHI. Leuare onere:qd̄ dr̄ exonerare:ne baiulantes ipſos infantes ſua cunctatiōe fugā morarentur. In tutela claudio℞: ſupra docuimus quēadmodū nō ſolū ſingulæ ciuitates ſed etiā p̄uīciæ habebāt romæ ſuos quælibet patronos.ita lacedemonii erant in clientela claudiorū ſicuti ſyracuſani marcellorū & bononienſes antoniorum. Chlamis:chlamydē militarē p̄prie ueſtem fuiſſe ſignificat Plautus q ad ornatum militis ait opus eē chlamyde machera & petaſo. q̄nēt iulius pollux ſcribens ad cōmodū.Cæſarē de p̄prietate uocabulo℞.īter apparatus militares nūerat chlamyda:cuius diminutiuū eſt chlamydion.a chlamyde chlamydatus deriuat̄ Plautus in pſeudulo qs hic hō chlamydatus eſt aut unde ē. Virgilius.ſidoniā picto chlamydē circūdata limbo.iuriſcōſultus īter ueſtimēta puerilia numerat chlamydes tanq̄ nō minus ad pueros pertineat q̄ ad uiros.& ita in hoc loco accipit̄ p ueſte puerili. Fabula: fibula ornamentū eſt cinguli ad ueſtem ſubligandā. Virgilius. Aurea purpureā ſubnectit fibula ueſtē.in alio ſignificato accipit̄ fibula comedo℞ & citharedo℞ de qua iuuēalis.ſoluitur his magno comedi fibula. & apud celſum caput eſt de infibulandis iuuenibus.a fibula fit uerbū diffibulo quod ſignificat fibulā reſoluo. Papinius.emicat & torto chlamydē diffibulat auro:hic accipi uidet̄ pro cīctura puerili.refibulare apud martialē eſt fibulā illā ad obſcena p̄tinentē diſſoluere.cū ait.cuius refibulauit turgidū faber pœnē. Bullæ aureæ:ſupra diximus quēadmodū pueris ingenuis atributū fuit geſtamē bullæ aureæ:quæ ad effigiē cordis erat formata.præterea bullæ ſunt illa ornamēta q̄bus cingula decorant̄.calphurnius in bucolicis. Alternat uitreas lateralis cingula bullas.Cicero quoq; tradit uerrem bullas aureas ex ualuis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe:qui bullas accipit pro capitibus clauorū eminentioribus:quibus hodie quoq; fores exornātur.ſicut & Plautus in aſinaria cum ait.iuſſiſti in ſplendorē dari bullas has foribus noſtris.hinc annominatio illa eſt apud eundē in gurgulione.Quin tu is in malam crucem cū bollis & cū bullis. bullas etiam appellamus tumores illos q in aquis repente fuit & repente euaneſcūt.unde in p̄uerbio apud Varronem dicitur:homo bulla eſt:qa.ſ.ſimilis bullæ uita eſt mortaliū fluxa & momento caduca.hinc aquæ bullantes a calphurnio in bucolicis dictæ illo uerſu.bullantes ubi fagus aquas radice ſub ipſo protegit.& a plinio ī nono bullantiū aquarū ſufflatio.Cor.celſus inter ſigna ualitudinis longe hoc quoq; numerat.Si urina bullulas excitat:ubi bullulas ὑποκοριστικῶσ.i.diminutiue dixit a bulla.exiſtimo tranq̄llū in hoc loco loqui nō de ornamento illo ingenuorū.ſed de his bullis:q̄bus balteus & cingulū ornari ſolet:ut & chlamys & fibula & bullæ ſimul conueniant.nam pro ornatu pendente ante pectus una tantū bulla & non plures geſtabant. Nomine abſtinuit.i.noluit nominari gallius:quāuis ex more Romano:qui teſtamento adoptabantur:teſtatoris nomen acciperent.Ita Pomponius atticus cognominatus eſt cecilius:a q̄nto cecilio:q moriēs teſtamento eum adoptauit hæredēq; fecit ex dodrante.auctor Cornelius nepos.Et Varro ſic ait in ſecundo de re ruſtica.Atticus:qui tunc Titus pomponius nūc quintus cecilius eſſe nomine eodem. Nouē natus annos:ſcribit Quintilianus in.xii.demoſthenem ad modū puerum actiones pupillares habuiſſe:traditūq; eſt quoſdam adhuc p̄textatos egiſſe:& Cæſarem auguſtū duodecim annos natum auiam pro roſtris laudiuiſſe.unde potuit & Tyberius in nono ætatis anno proſequi patris obitū oratione laudatiua:uel quā ſuo ipſemet ingenio formauerit:uel ſicut ſæpe fit formatam aliena doctoris induſtria ediderit & recitauerit.ſicut nero laudauit claudiam oratione a ſeneca compoſita.

Margin: Chlamis — Fibula — Diffibulo — Bullæ — p̄uerbiū hō bulla — bullulæ

M.AN. Onere:pueri geſtādi. In tutela:cliētela. Dōatus eſt:Tyberius puer:ſic & Virgiliāus ille Aſcāius:ab Andromache chlamyde ē dōatus. Fibula:tegumēti genus ab umbilico ait genua ad uelāda pudibūda:eo citharœdi quoqꝫ & comœdi urebāť nō ad obſcœnas ſolū ptes tegēdas:ſed ad cohibēdā ēt libidinē:ne raucefſerēt ī quā uelut denegatā quū ꝓniores eēnt fœmiæ ſui tpis lepidiſſime ī eaꝝ ītēperiē iocatur. Martia.Dic mihi ſimplr̄ inqt comœdis & citharœdis fibula qd p̄ſtet:nota ſūt reliq̄. Bullæ aureæ:iſigne & illud teneræ ætatis de eius uſu pueris cōceſſo:Macrobius plutarchus & Dionyſius plura. Hæreditate adita:& ſi ſe hæredē ꝓfeſſus eēt. Noīe abſtinuit:nomē nō recepit. Nouē natus ānos nō ſua:credas oportet:quia per ætatem fieri non potuiſſet:ſed aliena uſum oratione. Patrem:Neronem defunctum.

funali equo quū Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretť:p̄ſedit & actiacis ludis:& troiāis circenſibus:ductor turmæ pueroꝝ maiorū. De adoleſcētia & uxoribꝫ eius.

VIrili toga ſumpta adoleſcentiā omnē:ſpaciaqꝫ īſequētis ætatis uſqꝫ ad principatus initia p hæc fere trāſegit munus gladiatoꝝ in memoriam patris:& alterū in aui Druſi dedit diuerſis temporibus ac locis:primū in foro:ſecundum in amphiteatro. Rudiariis quoque quibuſdam reuocatis auctoramento cētum milium dedit:dedit & ludos ſed abſens cuncta magnifice impenſa matris ac uictrici Agrippinam Marco Agrippa genitam ne

Funalis equus

PHI. Funali equo : ur̄ funalis equus ī triūphi comitatu ille dici:q ꝓximus triūphalē currū antecedit:q̄ſi fune cōiūctus:nā ſicuti ī ſaltatōibus reſtē ducere dicebanť māibus īter ſe conſertis:ita eq̄funales dicti:q fune hoc eſt reſte facta ſimul cōnexi p̄cedūt ut ita fiat triumphus ſpecioſior & a dextra ſiniſtraqꝫ triūphātis erāt ductores quaſi eq̄ſtris choreæ. Qui loris iūcti hic & idē currui triūphali funales dicebātur alio quoqꝫ nomīe habēales:cuius rei mētio fit a Dionyſio ī octauo antiq̄tatū.ſcribēte īſtitutum uetus fuiſſe & heroicū:ut triū equoꝝ currus in ludis decurrerēt:duobus enī eq̄s iūctis tertius iuxta adhibebať habenalis dictus.q uīctus loris a p̄ter trahēdo ſimulqꝫ iūgēdo pareoros uocabať a priſcis tales dici uidēť funales a Trāq̄llo:q erant duo alter dexter alter ſiniſter uincti currui triūphātis Auguſti.itidē Statius ī ſexto thebaidos ī ludis archemori equū noīe thoen dixiſſe ur̄ funalē:q iugalis erat & ī curſu eq̄ſtri admeto īſeruiebat:tanq̄ tertius ille habenalis in triga.ſic enī ait uoce nominibuſqꝫ ciēt pholoen admetus & irrin funalēqꝫ thoen. Præſedit:tanq̄ præſens & agonitheta p̄fuit:ē autē agonitheta p̄fectus ludoꝝ:unde ait Hieronymus.nō ē īuidus agonitheta noſter. Acciacis ludis:quos celebrauit Auguſtus in memoriam acciacæ uictoriæ Troiāis:ludicrū troiæ ſignificat:quæ ī circo exhibebať.de troia ſatis ac ſup ī prīo cōmētario.

Pareoros

Agōitheta

Pueroꝝ maioꝝ:qm̄ turma duplex pueroꝝ maioꝝ & minoꝝ troiā ī circo ludere ſolebat:tale ſpectaculū Cæſar dictator & Auguſtus ediderūt. Munus in memoriā p̄ris:iunius Brutus primus apud romāos ī honorē defuncti p̄ris edidit munus hoc eſt ſpectaculū gladiatorū.ab eo mos ꝓpagatus eſt:ut in honorem defunctoꝝ ſpectacula exhiberenť.ſic Scipio in hiſpania edidit munus gladiatoꝝ in memoriā patris patruiqꝫ defunctoꝝ:ſic Caius Curio funebri patris munere theatra duo e ligno fecit ampliſſimo:in q̄bus ſpectauit populus ſpectacula gladiatorum.ſic Cæſar dictator ut antedictū eſt dedit munus funere patri:in quo uſus eſt apparatu arenæ argenteo. Rudiariis:rudis uirga ē:q̄ auctore priſciano gladiatores donanť poſt finitā gladiaturam.inde rudiarii dicti:qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ donati rudi.de rude Ouidius.& me donari iam rude tempus erat.M.Tullius in ſecunda antonianaꝝ.tam bonus gradiator rudē:tam cito accepiſti:eiuſdem fit mentio ſubinde apud poetas.ſenſus eſt Tyberium non ſolum gladiatores exhibuiſſe legitimos ſed etiam reuocaſſe ad gladiaturam præcii inuitamento ueteranos & emeritos qui dicūtur rudiarii. Auctoramento:auctorati uocantur gladiatores:qui ſe uendunt ludo quaſi addicti & condēnati:ſicut non inſulſe expoſuit acron Oratianus īterpres enarrans illud auctoratus eas.eſt enim auctorare obligare.cuius contrarium eſt exauctorare.Seruius enarrans illud Virgilianum:ipſe patri filiam uoueo.dixit ſolos parentes habere poteſtatē auctorandi.inde fit auctoramentum:quod eſt quaſi obligatio nexuſqꝫ ac ueluti ſtipendium præciumqꝫ eius:q fit auctoratus.i.obligatus.Seneca libro quarto de beneficiis hominē uenalis animæ crebris auctoramētis accēdebat.idē alibi ait:nullū malū ſine auctoramēto ē. Quintilianus in gladiatore.nec difficilē tamen ſub illo præſertim auctoramento habuiſſet miſſionē:ſed noluit gladiator uiuere.Cicero in primo officiorum mercedem ait eſſe auctoramentum ſeruitutis:ubi auctoramentum accipiť pro illa obligatione:qua mercenarius accepta mercede cogiť ſeruire:præſtareqꝫ operam ſeruilem.Quidam auctoramentū īterpretanť eſſe priuilegiū & p̄rogatiuam:qđ an cōueniat diſpiciendū ē pli. auctoratum uindemiatorem:itē alibi auctoratū po.ro.eleganter appellat:q̄ſi gladiatoriæ morti obnoxiū:qui ſpectabat cum periculo uitæ ſpectacula gladiatorū edita in lignis theatris a curiōe periturus ſi momēto aliquo machinæ luxatæ fuiſſent.A liuio auctoratus proditor dictus quaſi obligatus & deuinctus.A mālio in quinto aſtronomicon:miniſtri ꝑpetuo quaſi epitheto auctorati uocanť tanq̄ ꝑpetui mercenarii obligatiqꝫ dominis:a quibus mercede comparantur.ſic.n.ait.Atqꝫ auctoratos in tertia iura miniſtros. Dedit & ludos:theatrales uel ſcenicos. Victrici:Cæſaris auguſti.

Rudis uirga
Rudiarii
Auctoratus
Auctorare
Exauctorare
Auctoramentum

M.AN. Funali equo:funalē equū eū eſſe crediderī:q q̄ ꝓxime currui iungeret̃ atq̧ a fune dictum.Papi ius .Funaleq̧ thoū. Dexteriore:equo funali. Præſedit:ꝓfuit. Actiacis ludis de his ī auguſto plura. illud obiter admōebo eū q ludis ꝑeſſet nō ſolū ꝓſidere:ſed īterdū ſe moderatorē rectoreq̧ gerēdæ rei miſcere cōſueſſe.Plutarchus:antōius poſitis inqt magiſtratus īſignibus ludis ꝓfuit:& aſſumptis adoleſcētibus una cū illis ſaltauit. Troiāis circēſibus:troia luſus circēſibus miſceri cōſueuit:ſic ī Cæſaris dictatoris:ſic ī auguſti ſpectaculis ſeruatū. Trāſegit:peregit. Vulpiāus ea q dubia eēnt & īcerta nec adhuc finita trāſigi dici oportere exiſtimauit.Plautus iurecōſultus nō ſolū de qbus cōtrouerſia fuiſſet:ſed q̇ ēt ſine controuerſia ſint poſſeſſa. In amphitheatro:ſtatilii tauri id unū qđ ſciā tū Romæ fuit.Errat meo iudicio Caſſiodorus q Titū Veſpaſiāi filiū primū Rōæ amphitheatrū ſtatuiſſe tradidit. Rudeariis:gladiatoribus iā emeritis:& rude dōatus.Iuue.rude accepta īcipiet ueiēto uideri.Horati.Dōatū rude q̄ris mecēas iteꝝ ātiquo me īcludere ludo. Reuocatis:ad ferrū.ſ. Auctoramēto:obligatiōe ꝓcio:ē.n.auctoramītū obligatio ut dixi ſiue ſtipēdiū ſiue ꝓciū militiæ pugnæ:ut hoc loco:actiōiſue. Impēſa matris Liuiæ. Victrici:auguſti.

ptē Pōponii attici eqtis Romāi.ad quem ſunt Cicerōis epiſtolæ duxit uxorē.ſublatoq̧ ex ea filio Druſo.q̄q̄ bene conuenientē.rurſuſq̧ grauidā dimittere.ac iuliā Auguſti filiā cōfeſtim coactus eſt ducere nō ſine magno lengore animi. Quū & Agrippinæ cōſuetudine teneret̃.& Iuliæ mores īprobaret.ut quā ſenſiſſet ſui quoq̧ ſub priore marito appetentē.quod ſane uulgo ēt exiſtimabat̃.Sed Agrippinam & abegiſſe poſt diuortiū doluit.& ſemel oīno ex occurſu uiſā adeo cōtētis.& tumentibus oculis ꝓſecutus eſt.ut cuſtoditū ſit ne unquā in cōſpectū eius poſthac ueniret.cum Iulia primo concorditer & amore mutuo uixit.mox diſſedit & aliquanto grauius.ut etiā perpetuo ſecubaret. Intercepto communis filii pignore.q aquileiæ natus infans extinctus eſt.Druſum fratrem in germania amiſit.cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens Romā uſq̧ peruexit.

PHI. Neptē Pōpōii attici:ſcribit Cor.nepos Mar. Agrippā potiſſimū delegiſſe affinitatē pōponii attici:eiuſq̧ filiā uxorē accepiſſe:ex quo cōnubio nata ē atti co neptis noīe agrippia:quā auguſtus uix anniculā tyberio priuigno deſpōdit:& hæc cōiūctio familiaritatē auxit īter atticū & auguſtū:adeo ut nullus dies īter cederet quo nō aliqd p epiſtolas auguſtus ab attico:de antiqtate reqreret:hic ē ille Pōponius atticus.cuius nomen ut inqt ſeneca tertio epiſtolaꝝ:perire nō ſinūt Cicerōis epiſtolæ:q attici cognomē ex athēis reportauit:quā ciuitatē īopia laborātē ſæpe ſuis opibus ſubleuauit.a condiſcipulatu uixit cōiūctiſſime cū Marco tullio ꝑiit fiſtulæ morbo:q̇ īteſtinū ꝓperat. Sublato:ſuſcepto Vir.ſublatū erudiit nec tecū talia geſſi. Quāq̄ bene cōueniētē:maxīa eſt & rara laus cōnubii:ut ſit cōcors & bene cōueniēs cū dos uxoria ſit lis:ut ait Oui.hinc illud a Hierōymo repetitū:q nō litigat celebs ē:tāquā oēs uxorati litigēt cōtinēter cū uxoribus.Plautus in caſſina.q cū litigas olympio:r̄ndet uilicus:cū eadē:q̄ tu ſemp:ſenſus ē:coactus ē dimittere agrippinā:quāuis cū ea bene cōueniret eſſetq̧ iteꝝ grauida:q res chariores gratioreſq̧ uxores maritis efficere ſolet.filii enī qdā nexus ſunt in cōiugio ut inqt Ariſtoteles ī.viii.ethicoꝝ. Agrippinæ:prioris uxoris. Sui appetentē:minime mirū ſi iulia appetiuerat coire cū Tyberio.cū eēt omniū fœminaꝝ maxime uiroſa ideſt uiroꝝ appetens.tales priſci catuliētes uocauere.laberius lupā appellat catuliētē ꝑ libidinantē.eſt enī catulire libidinari.uerbū uidelicet tractū a cāibus.cū libidie excitant̃.Ariſtotelis īterpres ī ſexto de aīalibus:canes inqt canire dicuntur libidie exſtimulatæ:elegātius dixiſſet.catulire. Sub priore marito:dictū eſt ſupra queadmodū auguſtus Iuliā filiā primū Marcello:deīde ut is obiit Marco Agrippæ nuptui dedit. Abegiſſe:dimiſiſſe a mandaſſe. Contētis oculis:tale eſt illud Virgilianū.turnus ad hæc oculos horrēda in uirgine fixus.idē alibi.illū turbat amor oculoſq̧ in uirgine figit. Tumētibus:quando aliqd nimis ardenter ſcienterq̧ contemplamur oculis tumentibus:ex deſiderio id facere dicimur.tanq̄ oculis uoraturi. Diſſedit:diſcordiam egit.& diſſidiū. Secubaret:ſeparatus ſeiūctuſq̧ ab uxore cubaret.operantes ſacris ſecubabant & cōiuges & amatores.Ouibus ſecubat in uacuo ſola puella thoro.Liuius ꝑ iocū adoleſcēs uetat eā mirari:ſi ꝑ aliquot noctes ſecubuiſſet. Intercepto:de medio ſubducto & extincto.Plinius.ſi non eſſet īterceptus.i.a morte correptus. Filii pignore:cū præmiū nuptiaꝝ ſit partus fœminaꝝ ut inqt Ambroſius:merito mentes coniugales ꝑ filios ueluti ꝑ q̇dā q̄ſi pignora īter ſe arctius copulant̃:ſublato aūt filioꝝ pignore caritas priſtina ſi nō reſcidit̃ ſaltē diſſuit̃.hoc euenit Tyberio:q poſt extinctū filiū minus amauit uxorē. Aqleiæ:ciuitas eſt Venetiæ ī decīa Italiæ regione:de qua alibi plura. In germania amiſi:exiſtimat Liuius druſum periiſſe ex fractura cruris ſuper quot equus collapſus eſt.tranquillus uero ſicut infra patebit morbo ſupremum diē obiiſſe tradit ad eum in germania egrotātem dum Tyberius frater feſtinat die ac nocte longiſſimum iter uehiculis tribus emenſus eſt in qno fuerunt ducenta milia paſſuum.Plinius auctor in.vii.

Fiſtula periit atticus

Dos uxoria lites

Filii nexus

Catulietes

Catulire

Secubare.

Mors druſi

M.ANTO. Neptē:Attici ex attici filia & agrippa genitā:ſeneca nomē attici perire Ciceronis epiſtolæ non ſinunt nihil illi profuiſſet gener Agrippa Tyberius ꝓgener:druſus Cæſar ꝓnepos īter eā magnam noīa

tacereť. Agrippinā.igiť prio uxorē duxit tyberius:mox marcellaꝝ alterā nouiſſime Iuliā auguſti filiā attici cognomē ille e:: græcia reportauit cicero teqꝫ nō cognomē ſolū athēis deportaſſe ſed hūanitatē & prudētiā dr̄ ad hæc acticus & atticus ut illud ab acteōe ſit:hoc ab attide cranai filia Strabo ē auctor. Sublato: ſuſcepto & a tollo ē qđ nūc educo nūc ſuſcipio ſeu capio atqꝫ ī utroqꝫ ſignificatu ſullatū facit oui.ꝓ educo nō ego tollēdi cā ſed ille fuit īterdū &ꝓbo ſignat īterdū ī altū tollo uñ illđ ī neronē.Quis neget æneæ natū de gēte neronē ſuſtulit hic matrē ſuſtulit ille p̄rem. Bene cōuēiētē cōcordi connubio mutuoqꝫ amore ſecū uiuētē. Angore ægritudie. Sui appetētē:ſui cōgreſſus cuidū ac ſatagētem. Priore marito:Agrippa.
Vulgo exiſtimabať:ab ea tyberiū amari. Abegiſſe:a ſe remouiſſe. Cōtētis:defixis. Cuſtoditū cuſtodia cautū. Diſſedit:diſſidio aliēatus ē; Succubaret:diuerſo ab ea lectu cubaret. Intercepto:extincto.

De ciuilibus officiis eius.

CIuiliū officioꝝ rudimētis regē Archelaū traliāos & theſſalos:uaria quoqꝫ de cā Auguſto cognoſcēte defendit:ꝓ laodicēis thiatirēis:chois terræmotu afflictis:opēqꝫ iplorātibus ſenatū dep̄catus eſt.Fannium Cepionē q cū Varone Murēa ī Auguſtū cōſpirauerat:reū maieſtatis apud iudices fecit.& cōdēnauit.Interqꝫ hæc duplicē curā adminiſtrauit:annonæ q̄ arctior inciderat:& repurgandoꝝ tota Italia ergaſtuloꝝ:quoꝝ domini in inuidiā uenerāt:q̄ſi exceptos ſupprimerēt nō ſolū uiatores:ſed & quos ſacramēti metus ad huiuſmodi latebras compuliſſet.

De militia eius:& bellis per eum geſtis:& honoribus adminiſtratis.



STipēdia pria expeditiōe cātabrica tribunus militum fecit:deinde ducto ad orientē exercitu regnū

PHI. Rudimentis:tyrocinio priaqꝫ exercitatiōe. Vir.cruda rudimēta. Oui.tale rudimētū.tāto ſub noie debes. Regē archelaū archelaus poſt obitū herodis rex iudeæ apud auguſtū Cæſarē accuſatus ē a ſabio ꝑ epiſtolas.Romæ uero antipater ſalomes filius ꝓpoſuit accuſationē eoꝝ:qui aduerſabāť archelao. Nicolaus āt archelai defenſor crībꝫ q̄ regi obiiciebāť r̄futatis ꝓrauit.mox archelaus ad gēua Cæſa.ꝓcōbēs ab Auguſto bēigne erigiť:q poſt longā diſceptationē mediā regni iudeæ ꝑtē ſub retrachiæ noie dedit archelao:ēt regē ſi ſe dignū ꝓbuiſſet pollicitus ē ſe factuꝝ.mēdoſa ē apud Ioſephū dictio li.ii. belli iudaici:nā archelaus ethanarchies paſſim legiť.cū legēdū ſit ethnarches.dr̄.n.ethnarches p̄fectus gētis:& ipſa p̄fectura ethnarchia:qͫ s ī mēdoſis codicibꝫ ꝑperā ſcribať ethnarchea cū ſubtracta lr̄a a ethnarchea ſit dicēdū.ſentit trāqllus archelaū nō ſolū a nicolao ſed ēt a tyberio apud auguſtū fuiſſe defenſum. Trallianos:populos aſiæ.ē.n.ciuitas trallis aliis noībꝫ euantia & ſeleutia.& antiochia dicta. Vñ tralliāus deriuať Cicero ī tertia philippica.trallianā aut epheſinā dicere putes. Theſſalos:theſſalia eadē ē hemōia:quā homerus argopelaſgicon noiat:ab hemōe hemōia ab eius filio theſſalo theſſalia nūcupata.Auctor ē Strabo ī.ix.dictā fuiſſe priſcis ſeculis pyrrheā a pyrrha uxore deucaliōis. Laudicēis: celeberrima urbs laodicea ī aſia eſt īpoſita lyco flumini appellata prio dioſpolis deī rhoas. Thiatyrēis:thiatyrēi populi troadis cōuēiūt ad iuriſdictionē ꝑ gamenā uocitatā. Chiis:ppl̄i ſūt īſulāi:metrodorus & cleobulus chiō a chiōe nympha alii a niue dictā putāt.marmor chiū & uinū chiū celebrāť.ſcribit Euſebius ī cronicis:qꝫ īpāte Auguſto multa cōciderūt terræmotu ī īſula choo:qre aut hic aut illic mēdū ē.n.cho īſula diſtās a chio hippocrate alūno clara. Terræmotu afflictis:maximus terræmotus memoria mortaliū extitit tyberii Cæſaris prīcipatu.xii.urbibus aſiæ una noctæ ꝓſtratis.cauſas motus terræ alii alias opināť.ſed Pli.Seneca & Ariſtoteles cōcordi ſnīa uētū effectricē cām eē dixerūt. Fannium cœpionē:dictū eſt de his q cōiurarūt ī auguſtū.uř ſentire porphirio oratiāus īterp̄s cœpionē & murenam fratres fuiſſe ꝓculei:cū qbus bōa ſua æqs portiōībus diueſerit:cū illi bello ciuili fuiſſent ſpoliati. Reū maieſtatis:crimen qđ dr̄ maieſtatis ꝓximū eſt ſacrilegio ut inqt Vlpianus:eſt aūt maieſtatis crimē illud:qđ aduerſus po.ro.principēqꝫ cōmittiť facere reū accuſare & ut ait pediāus apud p̄torē legibus īterrogare pagere reū condēnare. Vnde ait iuriſconſultus peregiſſe reum non alias quis uidetur:niſi & cōdemnauerit. Plinius dum peragitur reus. Annonæ:Romani laborantes penuria creauerūt p̄fectum annonæ.qui pēuriæ leuandæ præeſſet de cuius origine Liuius ſcribit in quarto. Arctior:difficilior. Repurgandorum ergaſtulorum.hanc quoqꝫ curam Auguſtus olim ſuſceperat ſicut ſupra explicatum eſt. Exceptos:dolo & in

Emēdatus locus Ioſephi
Ethnarches
Ethnarchea
Tralliani
Theſſali unde
Peragere reum
Præfectus Annonæ

ſidiis circũuẽtos.excipe.n.dolo ẽ circũuẽire & opprimere. Vir.excipit ĩcautũ. Supprimerẽt uiatores:idẽ ĩ auguſto ſic ait rapti p agros uiatores ſine diſcrimĩe liberi ſeruiq; ergaſtul' poſſeſſo℞ ſupprimebãt. Sacramẽti metus:multi militiã militareq; ſacr̃m fugiẽtes ĩ ergaſtulis deliteſcebãt ne militare cogerẽt. Stipẽdia prima:ſtipẽdioſos uocamus plẽos ſtipẽdio℞ hoc ẽ eos:q ſtipẽdia plurima fecerũt q̃uis alibi dixerimus ſtipendioſos dici poſſe mercẽarios & mercede militãtes.cũ ſtipendiarii appellent.qui ſtipendiũ tributũq; perſoluunt. Expeditione cantabrica:quam auguſtus Cæſar ſuſcepit aduerſus cantabros hiſpaniæ populos.

M.AN. Rudimẽtis:primis forẽſiũ & ciuiliũ officio℞ exercitamentis. Archelaũ:cappadociæ regẽ is ꝑ Antonio aduerſus Auguſtũ actiaci belli tpibꝫ militauit fuit & archelaus q herodi ſucceſſit ob cuius ĩ populos ĩſolẽtiã ĩ tẽplo Apollinis palatini ut Ioſephus tradit apud Auguſtũ cãm dixit.Euſebius ait archelaũ ab Auguſto uienã galliæ relegatũ. Tralliães:a trallibus urbe R õæ ab arginis cõdita thracibus qbuſdã admixtis uñ & nomẽ urbs ĩditũ Strabo ꝑdidit. Theſſalis: Theſſalia ad macedoniã attĩet a Theſſalo Herculis filio dicta. Laodicẽis:cariæ urbs laodicea ad lycõi amnẽ ut Pli.& Ptolemæus ſcribũt. Tiathyrẽis:a tiathyra magneſiæ oppido. Chiis:a chio ĩſula ſed chois nõ chii legẽdũ.Euſebius choũ ĩſulã nõ chiũ Auguſti tẽporibꝫ terræ motu cõcuſſam ſcribit. Fãniũ cæpionẽ:de iis q ĩ auguſtũ diuerſo tpe cõſpirarũt ſic breuiter ſeneca ſeueritate nihil adhuc ꝑfeciſti ſaluidenũ lepidus ſecutus ẽ:lepidũ murẽa:murenã cæpio cæpionẽ:Egnatius. Reũ fecit accuſauit:reũ facere ẽ ut pediãus ait apud ꝑtorẽ legibꝫ reũ interrogare:ut cicero quũ uerrẽ reũ facit apud ꝑtorẽ ait inqt te ſiculos ſpoliaſſe.Quod ſi ille tacuiſſet æſtimata ei lis erat uerum eo negãte petitũ ẽ tp̃s ad inqrẽda crimina. Cõdẽnauit:ut cõdẽnarẽt effecit. Annonæ:curã ſubaudi. Ergaſtulo℞:de ergaſtulo℞ recognitiõe:reqre in Auguſto. Sacramẽti metus:ne militare cogerent:quum ad detractandũ pro tẽpore ſacramentũ ultro ergaſtulo℞ latebras petiiſſent ibi fraude oppreſſi ſeruilem ĩ modum iuncti torquerentur. Regnum armeniæ:cui ſibi uendicandæ parthi iminebant.

armeniæ Tigrani reſtituit:ac pro tribũali diadema ĩpoſuit recepit & ſigna quæ. M.Craſſo ademerãt parthi. Poſt hæc comatã galliã anno fere rexit: & barbarorũ incurſionibus & principũ diſcordia inqetã:ex hinc rheticũ: uindelicũq; bellũ:inde pãnonicũ:ĩde germanicũ geſſit rhetico atq; uindelico gentes alpinas:pannonico breucos & dalmatas ſubegit:germãico.xl.milia deditio℞ traiecit ĩ galliã:iuxtaq; ripã rheni ſedibꝫ aſſignatis collocauit. Quas ob res & ouãs: & curru urbẽ ĩgreſſus eſt primus ut qdã putãt triũphalibꝫ ornamẽtis ornatus:nouo nec antea cuiquã tributo gñe honoris. Magiſtratus & maturius ĩchoauit:& pœne iuncti ꝑcurrit q̃ſturã:ꝑturã:cõſulatũ:interpoſitoq; tpe cõſul iterũ: etiam tribunitiam poteſtatẽ in q̃nquenniũ accepit.

PHI. Recepit & ſigna:ĩ auguſto dictũ ẽ:queãdmodũ pthi armeniã uẽdicãti auguſto facile ceſſerunt & ſigna militaria q̃ marco craſſo &.M.Antõio ademerãt repoſcẽti reddiderũt:qnetiã filii nepoteſq; fratris obſides dati. hic inuit trãqllus ꝑ tyberiũ recepta eẽ ſigna craſſiana a pthis. Cõatã galliã:ſcribit pli.galliam oẽm trãſalpinã uno noĩe comatã appellari ĩ tria genera ppło℞ diuiſam.Lucãus crinibus effuſis toti ꝑlate comatæ.nomẽ aũt comatæ ĩditũ ẽ a capillis ĩtõſis. ſicuti ĩdicat idẽ Plini.i. xi.cuius uerba hæc ſũt iã qdẽ ꝑmiſcue maribꝫ ac fœminis ĩ capite plurimus pillus apud ĩtõſas utiq; gẽtes:atq; ẽt noĩa ex eo capillatis alpiũ ĩcolis galliæ comatæ. Rheticũ:queãdmodũ rhetos & uĩdelicos domuerit Auguſtus ſuis auſpiciis ꝑ Tyberiũ druſum ſupra dictũ.Strabo ſcribit in q̃rto rheto℞ & uĩdelico℞ reliquorũq; alpio℞ ĩcurſatiões fuiſſe repſſas a Tyberio & eius fratre druſo eſtate una uñ ĩ laudẽ neronũ tyberii & druſi fratrũ cecinit oratius carmẽ illud q̃lẽ miniſtrũ fulminis alitẽ. Pannonico brẽos:a græcis peones dicũt:quos Romãi pãnonios appellãt ut inqt Appiãus:ĩ pãnonia ſauus fluuius eſt:q auctore Plinio fluit ꝑ colaphiãos breucoſq;:q ppłi capita ſũt pãnonio℞.de his brẽcis hic intelligẽdũ uř:cũ nulli alii ĩ pãnonia ppłi noĩe brẽni celebrent dalmatæ uero noti ſũt:q ſpectãt ad mare hadriaticum.

Deditio℞:q ſe dedũt ĩ ditionẽ poteſtatẽq; uictoris hi dediticii dicũt.de formula deditiõis ſcribit Liuiũs ĩ prĩo & a nobis alibi dictũ ẽ. Iuxta ripã rhẽi:in Auguſto ait:qđ germãos dedẽtes ſe traduxit in galliã atq; in ꝑximis rhẽo agris collocauit. Curru urbẽ ĩgreſſus:refert Gellius eos q ouarẽt hoc eſt ouationẽ celebrarẽt ĩtroire ſolitos equo uehẽtes.Sabinus maſſurius pedibus ĩgredi ouãtes dicit.ue℞ tyberius ueterẽ morẽ aſpernatus curru ĩſtar triũphãtiũ nõ equo uel pedibus ĩſtar ouãtiũ urbẽ ĩtroiuit. Ornatus:ornamẽtis triũphalibus.repudiata ouãdi formula uſitata.ita olĩ Craſſus cũ bello fugitiuorũ cõfecto ouãs rediret coronã myrtheã qua ouãtes coronabãt ĩſolenter aſpnatus eſt:& lauro q̃ triũphãtibus dicata eſt uoluit coronari.de ueſtimẽtis reliqſq; ornamẽtis triũphalibus affatim ſupra dictũ. Nec antea tributo:nulli ante tyberiũ ouãti cõceſſum fuerat.ut curru triũphali & triũphalibus ornamẽtis in ouatione urbẽ ingrederetur.

Maturius:citius quã per leges liceret. Iunctim:ſine ullo interuallo:quod legibus annalibus inter magiſtratus conſtitutũ erat. Tribunitiam poteſtatem:quam imperatores accipere cõſueuerũt ſicut olĩ ab Hadriano accepta eſt.& ut auctor eſt flauius uopiſcus:tribunitia poteſtas erat pars maxima regalis imperii.

M.AN. Signa quæ.M.Craſſo quam atrocem cladem ro.ductu & auſpiciis Craſſi in parthiam acceperiſ-

ſent Appianus & Plutarchus ſcribũt. Comatã galliã:galliaꝶ diuiſio pſpicue in auguſto relata ẽ cæteꝶ comata de qua nũc iuba a gebẽna pireneiſq̃ mõtibus rurſus oceão & Rhẽo cõtinet. Rherico & uindelico: utriuſq̃ belli rõ affatim ſupra expoſita ẽ. Brẽnos:brẽnos ĩ pãnonia ueteꝶ ſcriptoꝶ qđ ſciam poſuit nemo ſed librarioꝶ reor ĩ curia factũ ut brẽnos ꝓ ureucos trãqlliãi codices habeãt brẽci.n.ĩ ĩferiorẽ pannoniam a Plinio & ptolemæo referunt. Deditioꝶ:eoꝶ q ꝑ deditionẽ in ro.poteſtatẽ uenerãt. Ouans & curru q.d.ꝑter patriũ inſtitutũ ouãs curru ẽ ĩuectus qđ legitimũ tantũ triũphũ adeptis fuerat ad id tẽpus cõceſſum:poſſet & diuiſo ſenſu ita accipi ut diuerſo tẽpore ouãs ſit urbẽ ĩgreſſus rurſuſq̃ legitimũ triũphum egerit:ſed prior ſentẽtia ut uerior ita ꝓbabilior.nã ita eſſe ea quæ cõtinuo ſequũt facile declarãt nouo inqt nec cuiq̃ tributo genere honore:qđ ac cũctũ referas neceſſe eſt ſi ad triũphalia ornamenta uelis nõ pcedet:&.n.ſupra trigĩta fuerant ab auguſto eo honoris genera ornati. Iunctim:continuatis honoribus.

De ſeceſſu eius ab urbe & cauſis.

Tot pſperis cõfluentibus integra ætate ac ualitudine ſtatuit repente ſecedere:ſeq̃ e medio q̃ longiſſime ammouere:dubiũ uxoris ne tedio quã neq̃ criminari:aut dimittere auderet:neq̃ ultra pferre poſſet:an ut uitato aſſiduitatis faſtidio auctoritatẽ abſentia tueret:atq̃ ẽt augeret:ſiquãdo ĩdiguiſſet ſui reſpublica.qdã exiſtimant adultis iã Auguſti liberis:loco quaſi & poſſeſſiõe uſurpati a ſe diu ſecũdi gradus:ſpõte ceſſiſſe exẽplo.M.Agrippæ.q M.Marcello ad mũera publica admoto Mitylẽas abierit: ne aut obſtare aut obtrectare aliqd pſens uideret:quã cãm & ipſe:ſed poſtea reddidit. Tũc aũt honoꝶ ſatietatem ac requiẽ laboꝶ ptendẽs. Cõmeatũ petiit:neq̃ aut matri ſimpliciter pcanti:aut Vitrico deſeri ſe ẽt in ſenatu conqrẽti ueniam dedit:qn & ptinacius retinẽtibus cibo p q̃triduũ abſtinuit. Facta tãdẽ abeũti poteſtate relictis Romæ uxore & filio:cõfeſti hoſtiã deſcẽdit:nec uerbo qdẽ cuiq̃ proſequentium reddito:paucoſq̃ admodũ in digreſſu exoſculatus.

De mora eius apud rhodũ:& geſtis ibidẽ.

Ab hoſtia horã cãpaniæ legens imbecillitate auguſti nũciata paululũ ſubſtitit:ſed & ĩcrebeſcẽte rumore q̃ſi ad occaſionẽ maioris ſpei commoraret:

PHI. Repẽte ſecedere:cicero in quadã ad atticum epiſtola ait.cupio eqdẽ & iã pridẽ cupio Alexãdriã reliquãq̃ egyptũ ĩuiſere:& ſimul ab hac hoĩum ſacietate noſtri diſcedere:& cum aliquo deſiderio reuerti.hoc idem uř facẽre uoluiſſe Tyberius:ut abſens eſſet uenerabilior:cũ aſſiduitas faciat cõtẽptibiles. Neq̃ criminari:ueritus.ſ.auguſtũ illius patrẽ. Dimittere:repudiare facto diuortio. Vltra perferre: uarro ĩ ſatyra menippea uitiũ inqt uxoris aut tollẽdũ aut ferẽdũ eſt.q tollit uiciũ uxorẽ commodiorẽ pſtat:q fert ſeſe meliorem facit.hæc qdẽ uarro eleganter & ſciẽter.ſed iterdũ tãta eſt ĩprobitas ĩ uxore ac moroſitas:ut ĩtollerẽda ſit nec pferri qat.hoc accidebat Tyberio ĩ iuliã uxore ĩproba & ĩpudica.hoc idẽtidem. accidere ſolet his:q habent uxorẽ.ego ĩ celibatu uiuo doq̃ operã:ne lites uxorias experiar:quæ ĩpatibiles maritis eẽ dicũt. Aſſiduitatis faſtidio:in hãc ſentẽtiã illud eſt luculenter dictum a Liuio de Scipione.Decimum iã prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat:quæ res minus uerendos magnos homines ipſa ſacietate facit Apuleius quoq̃ in demonio ſocratis ait.parit conuerſatio contemptum.raritas conciliat ipſa rebus admirationem. Liberis:Caio & Lucio adoptatis ab Auguſto. Mitylenas:ciuitas eſt ĩſula leſbo:cuius habita eſt mentio in Iulio Cæſare.olim.M.Marcellus ille:de quo Lucanus Marcelluſq̃ loquax.Mitylẽis exulauit in quo illũ exilio beatiſſime uiuentem ſe uidiſſe brutus teſtatux. Prætendens:quaſi prætextum uelamentumq̃ præponens. Commeatum:abeundi poteſtatem.de commeatu militari ſupra dictum. Victrico:Auguſto. Retinentibus:matre Liuia & uictrico Auguſto. Cibo per quatriduum:quibus inedia mori conſilium eſt ſeptimo demum die mortem oppetunt.auctores Varro & Gellius.Idem confirmat plinius his uerbis:homini non ante diem ſeptimum lætalis in edia duraſſe & ultra duodecim pleroſq̃ certum eſt. Hoſtiam:ciuitas eſt ab anco Marcio rege in ora Tyberis condita.auctor Liuius. Oram campaniæ: Plinius oram fere ſemper appellat regionem littoralem:apud quem ueluti peculiaris ẽ talis locutio.In ora ſunt ciuitates & oppida oræ proxima:quæ uero remota ſunt ab ora eleganter in mediterraneo eſſe dicuntur. Subſtitit:commoratus eſt cohibito itinere. Maioris ſpei:tanquam ſperaret defuncto auguſto ſe in imperio ſucceſſurum.

Viciũ uxoris tollẽdũ uel ferẽdũ

Parit conuerſatio cõtemptum

inedia lætalis

Ora: ĩmediterraneæ

M.AN. Vxoris iuliæ. Criminari:ne Auguſtum illius patrem offenderet quum ea multis alioquin flagraret probris. Aſſiduitatis faſtidio:quod aſſidua præſentia faſtidium pareret. Liberis.C.& Lucio Iuliæ filiis quos Auguſtus optarat. Vſurpati:obtenti. Secundi gradus:ſecundi in re pu.adminiſtranda loci. Obtrectare:ſe illis obtrectando obiicere quidam obſtare legunt quod non multũ erit diuerſum.q.d.ne illorum ſplendori & incrementis ſua phama obſtare uideretur. Prætendens:præ ſe ferens. Com-

meatum miſſionem ut ſedere licere. Matri:Liuiæ. Præcanti:ne abiret. Vitrico:Auguſto. Veniá dedit:obſequi uoluit:aut indulſit. Abſtinuit:ut inedia ſe conficeret. Vxore:iulia. Filio:druſo. Subſtitit cœptura iter tenuit. Increbeſcente rumore:phama inualeſcente.

tantũ nõ aduerſis tẽpeſtatibus rhodũ enauigauit:amœnitate & ſalubritate inſulæ iã inde captus quũ ab eã ab armenia rediẽs appuliſſet. Hic modicis cõtẽtus ædibus : nec multo laxiore ſuburbão genus uitæ ciuile admodũ iſtituit:ſine lictore aut uiatore gymnaſio iterdũ ab'ãbulãs mutuaq; cum græculis officia uſurpãs ꝑpe ex æquo quõdã i diſponendo die mane ꝓdixerat qcqd ægrorũ i ciuitate eẽt uiſitare ſe uelle. Id a ꝓximis aliter exceptũ iuſſiq; ſũt oẽs ægri in publicã porticũ deferri ac per ualitudinũ genera diſpõi : ꝑculſus ergo in opinata re diu qd ageret incertus:tñ ſingulos circuit excuſans factũ ẽt tenuiſſimo cuiq; & ignoto:unum hoc tantummodo:neque præterea quicquam notatum eſt:in quo exercuiſſe ius tribunitiæ poteſtatis uiſus ſit. Q uum circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus eſſet noto iter

PHI. Tantũ nõ aduerſis: Elocutio eſt frequẽs & rara:q̃ & ſilius uſus eſt i ſeptio pũicoꝝ. tãtũ nõ ſtrictis mucrõibus ubi illud tm̃ nõ:nõ tã negare uĩ quã affirmare accipiq; ꝑ ẽt:ut ſit ſenſus: ẽt aduerſis tẽpeſtatibus enauigaſſe rhodon.alii iterꝑtant̃ q̃tenus a tẽpeſtatibꝰ nõ ipediret̃. Amœnitate iſulæ:homerus teſtari uĩ: rhodios ab antiquo fœlices fuiſſe ſcribens de rhodo: Cara Ioui tellus hominũ regi atq; deoꝝ:qq; & opes illi multas effudit & amplas. Cecinit pindarus aurũ i iſula rhodo pluiſſe uolẽs illius loci fœlicitatẽ ſignificare. refert Strabo urbẽ rhodioꝝ tm̃ excellere alias urbes:ut nullã ei æq̃lẽ nedũ ꝑſtãtiorẽ ꝓferre poſſumus ſacra ẽ rhodos ſoli:q rhodũ a noie puellæ quã amabat appellauit. Modicis edibus:domo magis cõuenientẽ homini priuato:q̃ principi priuignoq; iperatoris. Laxiore ſuburbano:ꝑpe rhodon ciuitatẽ parauit ſibi Tyberius ſuburbanũ hoc ẽ uillã:ꝑcipit lex agricolatiõis:ita i agro edificãdũ eẽ.ne uilla fundũ quærat ne ue fundus uillã. Ciuile:iſtar uitæ priuatæ:græci politicon dicũt.Cicero i prio officioꝝ oportet iquit priuatũ æquo & pari eũ ciuibus iure uiuere:talẽ bonũ ciuẽ dicere ſolemus. Sine lictore aut uiatore:Qui ſunt miniſtri publici & ꝓſto ſunt magiſtratibus.de lictoribus & uiatoribus ſupra ſatis multa. Gymnaſio: gymnaſiũ fuit rhodi multis donis exortũ.apud rhodios memoratu digni extiterũt circa philoſophiã & artes liberales Panetius:Apollõius:Molachus:& Andrõicus ꝑipateticus:aliiq; cõpluſculi.Quoꝝ nomina memorat Strabo i.xiiii.gymnaſia ut docet Cicero in ſecũdo de oratore exercitatiõis cã a græcis iſtituta fuerũt:i qbus mox philoſophi differere atq; philoſophari cœperũt:a uerbo græco γυμνάζω quod ſignificat exerceo gymnaſia dicta:uñ & gymnaſtica appellat̃ diſciplia exercitatiõis:quã laudat Plato i ſeptio de legibus.& timeo.Idẽ i q̃nto de re publica.fœminas quoq; iubet exerceri gymnaſtica.Ariſtoteles quoq; i octauo politicoꝝ mõet adoleſcẽtes gymnaſticæ tradẽdos eẽ ut ita fiãt exercitatiores firmioreſq;. Cũ græculis philoſophis & ſophiſtis de talibus ait paraſitus plautius tũ græci palliati ſuffarcinati cũ libris & cũ ſportulis. In diſponẽdo die:pythagoricũ ꝓceptũ eſt duoꝝ tẽpoꝝ q̃ maxie habẽdã curã mane & ueſperi i.eoꝝ q acturi ſumus & eoꝝ quæ geſſerimus.Cõſimilis eſt ſñia illa cleobuli unius ex ſeptẽ ſapiẽtibus:anteq̃ domo qs exeat qd acturus ſit apud ſe ꝑtractet rurſus cũ redierit qd egerit recogitet:hoc fecerat Tyberius. Viſitare:laudat̃ hadriãus a ſpartião:ꝙ egros bis ac ter in die uiſitaret:ac ſolatiis refoueret.Auſonius in panegyrico ad gratianũ ſic ait.egrotãtes amicos Traianus uiſere ſolebat.hactenus i eo comitas ꝓdicãda eſt.tu a uiſere ſolitus & mederi:ꝓbes miniſtros.Inſtruis cibos:fomẽta diſpẽſas:ſumptũ adiicis medelaꝝ. A ꝓximis aliter exceptũ:dixerat Tyberius ſe egrotos quotquot eẽnt rhodi uelle uiſitare hoc eſt ſingulos in ipſorum domibus officii cã iuiſere.q uerba hæc audierãt itellexerũt eũ uelle:ut oẽs egroti unũ in locũ cõportarẽt̃ tanq̃ illic oẽs ſimul eſſet uiſitaturus. Per ualitudinum genera:uerbi cauſa.podagrici uno loco ſimul collocabant̃:febritantes in alio:phthiſici in alio.mos fuit apud babylonios ut languentes in forum deportarentur.qui eos adhibant ſiqs & ipſe eundẽ paſſus eſſet morbũ conſulebant hortabanturq; ad ea remedia uſurpanda:quæ ipſi faciendo ſimilem morbum effugiſſent:aut alium nouiſſent effugiſſe.& ut auctor eſt Herodotus in primo hiſtoriarum nulli fas eſt languẽtes præterire ſilentio:niſi prius explorauerit quonam morbo laborent. Perculſus:perturbatus conſternatus. Tenuiſſimo:ignobiliſſimo atq; pauperrimo. Excuſans factum:ꝙ non ſua culpa id factũ eſſet ut deferrent̃ in unum locum:ſed culpa eorum:qui uerba ipſius perperam excepiſſent. Circa ſcholas:Quintilianus & Cicero genus dicendi rhodium celebrant uelut medium inter atticos & aſianos:atq; ex utroq; mixtum neq; eni attice preſſi rhodii oratores:neq; aſia ueſunt redundantes.eſchines eo intuliſſe fert̃ ſtudia athenaꝝ:quæ ſaporẽ illũ atticũ peregrino miſcuerunt.

Tantũ nõ

Rhodũ fœlices

Gymnaſiũ

Gymnaſtica

genus dicẽdi rhodiũ

M.AN. Tantũ nõ aduerſis tẽpeſtatibus:q̃tum ꝑ uentos & mare licuit. Ciuile genus uitæ : remiſſioris ac pœne priuatæ uitæ rationem iniit. Lictore:a ligando uel ut quidam Gellio auctore uoluere a Licio quo ſuccinctus eſſet. Gymnaſio : exercitationis loco ἀπὸ τοῦ γυμνοῦ nudi enim exphili in eo exercebatur uel quia τὴν γυμνασίαν exercitationem appellant. Mutua:officia citro utroq; ꝑſtita & accepta.

Diſponédo die.i.penitétis diei officiis. Aliter exceptũ:qſi nõ domeſticati eẽt ſingulos aditurus ſed uni in locũ delatos ſuis oculis ſubiectũ iri petiiſſet pculſus cõmotus ac cõſternato ſimilis. Excuſans factum: quod non ſuo id conſilio accidiſſet ſed illorum potius culpa quia male ſiue eſſent officium interpretati.

antiſophiſtas grauiore iurgio nõ defuit qui eũ interuenienté & quaſi ſtudioſiorẽ patris alterius cõuicio icẽſſeret. Senſim itaq; regreſſus domũ repẽte cũ apparitoribꝰ pdiit:citatũq; pro tribũali uoce pconis cõuiciatoré rapi iuſſit in carceré. Cõperit deinde Iuliã uxorem ob libidines atq; adulteria dãnatã:repudiũq; ei ſuo nomine ex auctoritate Auguſti remiſſum:& quãquã lætus nũcio tñ officii duxit quãtũ in ſe eẽt exorare filiæ patré frequẽtibus litteris:& uel utrũq; meritæ qcqd unquã dono dediſſet cõcedere. Trãſecto autẽ tribunitiæ poteſtatis tẽpore cõfeſſus tandẽ nihil aliud receſſu deuitaſſe ſe quã æmulatiõis cũ.C.Lucioq; ſuſpitionem: petiit ut ſibi ſicuro iã ab hac parte corroboratis his:& ſecũdũ locũ facile tutãtibus permitteretur reuiſere neceſſitudines:quarum deſiderio teneretur:ſed neq; impetrauit:utroque etiam ad nonitus eſt dimittere omnem curam ſuorum quos tam cupide reliquiſſet.

Item de geſtis apud rhodum.

REmãſit ergo rhodi cõtra uolũtaté uix per matrem conſecutus:ut ad uelandam ignominiã qſi legatus ab auguſto abeſſet:eni uero tũc nõ priuatũ modo ſed ét obnoxiũ & trepidũ egit mediterraneis agris abditus: uitanſq; pter nauigãtiũ officia:qbꝰ frequẽtabat aſſidue nemie cũ iperio:aut magiſtratu tẽdẽte quoquã qn diuerteret rhodũ:& acceſſerũt maioris ſollicitudis cauſæ. Nãq; priuignũ Caium orienti pᵱoſitum:quum uiſendi gratia traieciſſet Samum:alieniorem ſibi ſenſit ex criminatiõibus Marci

Sophiſticæ

rit.merito cuncti crediderunt id eſſe omen & inuitamentum belli capeſcendi a galba contra Neronē.Nā ut inquit Auguſtinus bellum ſine dubio iuſtum quod deus imperat.& ut proditum eſt in cāonicis decretis.xxiii.Qu.ſecunda:bella iuſta ſolent diffiniri:quæ iniurias ulciſcunt̃. Appropinquantem:galbā. Alarum altera:in legiōæ duæ ſunt alæ:unde alares & alarii equites dicti:de quibus ſupra ſatis ac ſuper.hic alā ſignificatur una ex his:quas dudum dixit duas habuiſſe. Deſtituere:deſerere. Aegre:difficulter. Per angiportum:alii dicunt angiportum eſſe uiam ſine exitu.alii uicum anguſtum & flexuoſum in modum anguis.Marcus Varro in primo de lingua latina:quod exitum non habet ac peruium non eſt:angiportum & id anguſtum ab angendo & portu.donatus enarrans illud terentii ex adelphis.id quidem angiportum non eſt peruium inquit ideſt anguſta & curua uia quaſi angiportus. ut angitia quaſi anguitia.alii quod inter portus ſit locus anguſtus hoc eſt inter domos quas uel portus uel inſulas ueteres dixere. Oratius dixit angiportu:tanq̄ eſſet nomen quarti ordinis cum ſic.ait.flebis in ſolo leuis angiportu. Pœne:quaſi. Confeſſio.confeſſi ſunt adhibitis tormentis ſe præparatos fuiſſe ad galbam interimendum. Mors uindicis:exercitus uindicis & uirginii ſimul conflixerunt ui quodammodo ipſos duces ad pugnam impellentes uelut aurigas:qui frenis equos moderari non poſſunt.in eo conflictu uindex ut ſupra dictum eſt ſemetipſum interemit.ex hac uirginii uictoria rumor uulgatus eſt cunctos uelle.ut uirginius imperaret.unde galba pauefactus ſcripſit litteras ad uirginium rogans:ut ſecum ſimul Romanum Imperium libertatemq; tutaret̃ affectuſq; penitudine rerū captarum:ſeceſſit cluniam cum deſiderio priſtini ocii & quietis.auctor Plutarchus. Conſternatus:perturbatus pauefactus conterritus. Deſtituto:deſerto.deſolato.derelicto.

Iuſta bella

Angiportus

Vindex

Virginius conflixerunt

M.AN. Exprimēte:ex īpreſſione rep̄ſentāte. Decurſu:ui uētorū acta. Appropinquante:galba iā caſtris propinquo. Deſtituere:galbā reliquere. Ad fraudem:ad cædē. Per angiportū anguſtā:īter domos ueteres angiportū dixere:domos.n.p̄tim portus p̄tim īſulas appellauere unde ēt porticus dictæ. Morte uindicis:is cū Virginio cōflixit:ac inter.xx.cæſorū millia ſibi mortem conſciuit: Plut.& Tacitus auctores.

PHI. Superueniētibus nunciis:iam æſtas erat:cū pauloante crepuſculum Romam uenit itellus libertus die ſeptimo:qui cognito galbam ſolū quieſcere confeſtim ad eius cubiculū perrexit : quod ui patefactum q̄uis reluctantibus cubiculariis introgreſſus:nūciauit:quēadmodum nōdum defuncto nerone fuerat a ſenatu & exercitu imperator appellatus. paulopoſt cum nunciaret̃ īquit necatum eſſe neronem nunciis illis credere nolui:ſed ipſemet ad cadauer acceſſi: contemplatuſq; ſum neronē iacētem : biduo poſt uenit titus cum aliis multis.q ſingillatim cuncta denarrauit. Depoſita legati.ſ.appellatiōe.nā ut ſupra demonſtratū eſt cōſulatus imperator ſe legatū ſenatus ac populi Romani profeſſus eſt.nunc cognita Neronis morte:Cæſarem appellari ſe non renuit: cum prius neq; Cæſar neq; imperator ſalutari uoluiſſet. Paludatus: ornamentis militaribus indutus. A ceruicibus: more priſcorū locutus eſt: q ceruices pluraliter tantum dicebāt hortenſius ſingulatiuo numero primus ceruicem dixit. Vſum togæ : qua in pace domi in foro uti ſolemus:hinc illud cedant arma togæ.iure togæ ut inq̄t Plinius in quarto epiſtolarū carent illi q̄bus aqua & igni interdictū ſit. Nymphidio ſabino Romæ: nymphidius ſabinus Caligulæ filius dictus eſt: cum ille eius matrē nouiſſet noīe nymphiadā ī tabernis medicinariis.hic poſt obitū Neronis ſporū: de quo iā multa dicta ſunt:dū cadauer Neronianū adhuc cremaretur:continuo accerſitū:loco nuptæ habebat:pompeiūq; appellabat.idē Romæ clam per amicos res nouas moliebatur:nec nō per mulieres quaſdam uiroſq; ſenatores:q ei occulte adiutorio eſſent:& ut auctor eſt Plutarchus decreuerūt multi: nymphidiū imp̄atorē declarare: qui dum ſibi mollit̃ imperium in ipſo conatu oppreſſus a militibus iugulatur:eiuſq; cadauer in mediū tractū fuit ut eſſet ſpectaculo per totū diem uidere uolentibus. In germania phonteio capitone: capito phōteius in germania p ualentē Fabium & cornelium aquinū legatos legionum interfectus eſt:cum familiam compararet.Cor.Tacitus ait capitonem fuiſſe auaritia & libidine fœdum ac maculoſum:quē occiſum fuiſſe qui quæri non poterant:tamen indignabantur. In africa clodio macro:clodium macrū in africa haud dubiæ turbantem atrabonius procurator iuſſu galbæ interfecit. Præceſſerat fama ſæuitiæ & auaritiæ: male ſperandum eſt haud dubiæ de eo principe:qui ſit crudelis & auarus : cū dos prima & regum inſigne

Iure togæ carēt iter dicti

Sporus delitiū nymphidii

Nex capitonis fonteii

abfuit quin uitæ:renunciaret: ſed ſuperueniētibus ab urbe nūciis ut occiſum Neronem cunctoſq; in uerba ſua iuraſſe cognouit:depoſita legati ſuſcepit cæſaris appellationē. Iter q; īgreſſus eſt paludatus:ac depēdēte a ceruicibus pugione ante pectus nec prius uſum togæ recupauit quā oppreſſis qui nouas res moliebantur:præfecto prętorii Nymphidio ſabino Romæ. In germania Phonteio Capitone in aphrica Clodio Macro legatis.

De ſæuitia & auaritia eiuſdem:& aliis geſtis eius.

PRæceſſerat d̄ eo fama ſęuitię ſimul atq; auaritię q̄d ciuitates Hiſpāiarꝶ galliarūq; q̄ cunctātius ſibi acceſſerāt grauioribus tributis quaſdā ēt murorū deſtructione puniſſet:& p̄poſitos procuratoreſque ſupplicio capitis affeciſſet cū coniugibus ac liberis: quodq; oblatam

Clæmētia in principe. Aculeus recōdēdus. Liberalitas decet principem. Hortamētum ad Annibalē bētiuolū. Princeps noīa facit cū donat

ſit clæmētia.ideoq́ rex in apibus aut aculeū nō habet aut ſi hēt illo nō utiť. ut prīceps admoneātur aculeum nō eſſe exerendū ſed recōdendū & liberalitas cū primis decet principes eoſq́ apud cunctos mortales facit fauorabiles:cū nullū uitiū ſit tetrius auaritia maximeq́ in principibus & rempub.gubernantibus:& ecōtrario nihil liberalitate amabilius.eſto ergo mi Annibal & clæmens & liberalis. ſit tibi beneficentia in primis cordi.facito tibi liberalitate clientes ex deuotis deuotiſſimos ex fidis fidiſſimos perſuaſio magnorꝝ uirorū eſt donatio.nō inepte dixit.M.Antonius apud rābiriū poetam.hoc habeo quodcūq́ dedi.iam pridem noui te animo magno præditum & generoſitate præſtantem.tuos comiter liberaliterq́ tractantem. nō deparcū ſed benignū & benignitatis munia callentē.perge quo cœpiſti.facito ut opibus gliſcentibus liberalitas quoq́ ꝓpageť:cuius nomē adeo amabile eſt atq́ iucūdū ut princeps munificus laudeť foueatur ametur colať ab oībus.Sordidus uero apud cunctos ſit odibilis:itaq́ aut immerito Auaritia auaritiæq́ fama prænūcia nocuit maximopere galbæ apud populū romanū oſcrem prīcipis auarioris:cū uel ſaltem ueniens ad capeſſendū imperiū debuiſſet eſſe indulgentiſſimus munificentiſſimuſq́.ad colligendam beniuolentiam popularem.Scito alumne mi Clariſſime principem nunq̄ magis nomina:nunq̄ magis debitores facere q̄ cum donat. Cōctantius:longiori cōctatione & mora. Sibi acceſſerant:ſuas ꝑtes ſecutæ fuerant.

Oblatam coronam auream:hoc ad auaritiam galbæ indicandam pertinet:qui coronam ſibi dono datā a taraconenſibus hiſpaniæ populis cōflauit redegitq́ in maſſam & cū tres unciæ in cōflatura defuiſſent fortaſſis diminutæ per interimentum : ad explendum legitimum pondus librarum quindecim: tot.n.corona cōſtare dicebatur.iuſſit exigi illud puſillum trium unciarum ponduſculum quod defuerat ab ipſo artifice:qui coronam in maſſam proflauerat:ꝙ autem conflatores aurificeſq́ ſoleant furtim ex auro ſurripere: declarat exemplum illud pulcherrimum quod de archimede memorant uictruuius & Priſcianus:qui ingenii excellentia quadam deprendit.quomodo aurum furatus fuiſſet opifex coronarius de corona.

M.ANTO. Ab urbe nūciis:Plutarchus ſcribit.vii.die ſicellū ſeu:ut q̄dam ſcribūt icellum ab urbe in hiſpaniā ueniſſe Neronis mortē & ipſius declarationem nūciaturū. Vſum togæ:nā ut paludamētū belli īſigne erat:& eorū q in armis uerſarenť ita toga erat pacis. Nymphidio ſabino:is ut tacitus ait milites ad defectionē cōcitādo ſibi uiā ad impium moliebať. Frōteio capitōe: Aqnus & fabius ualens legati legionū capitonem in germania ut tacitus ſcribit obtruncarunt uerū quo crimine parū cōſtitit:fuerūt q crederent ideo occiſum q̄a familiam captaret:alii q̄a legatis bellū ſuadentibus non facile eſſet aſſenſus. Clodio macro:is haud dubiæ turbare prouinciæ ſtatū aggreſſus ab harebonio guntiano procuratore:Galbæ iuſſu ut tacitus prodidit eſt oppreſſus. Sibi acceſſerant:ſuo imperio acquieuerant. Oblatam:dono datam.

a tharaconēſibus e uetere tēplo iouis coronā aureā librarꝝ .xv.cōflaſſet:ac tres uncias:q̄ ponderi deerant: iuſſiſſet exigi.Ea fama & confirmata & aucta ē: ut primū urbē ītroiit. Nā quū claſſiarios quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat:redire ad priſtinū ſtatū coegerit:recuſantes atq́ inſuper aq̄lam & ſigna pertinacius flagitantes non modo immiſſo eq̄te diſiecit:ſed decimauit etiā.item Germanorū cohortē a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam: multiſq́ experimentis fideliſſimā diſſoluit:ac ſine ullo commodo remiſit ī patriā: quaſi Cn. Dolobellæ iuxta cuiꝰ hortos tendebat proniorem:illa quoq́ uere ne an falſo per ludibriū iactabātur appoſita lautiore cœna ingemuiſſe eū. Et ordinario quidam diſpenſatori breuiariū rationū offerenti parapſidē leguminis pro ſedulitate ac diligētia porrexiſſe. Cano autem Coraulæ mire placenti denarios q̄nq́ donaſſe prolatos manu ſua peculiaribus loculis ſuis.

De aduentu eius ad urbem.

QVare aduētus eius nō ꝑinde gratus fuit:idq́ ꝓxio ſpectaculo apparauit ſiq̄dē atelāis notiſſimū cāticū exorſus

Claſſiarii. Decimare

PHI. Ea fama:ſ.ſeuitiæ atque auaritiæ. Claſſiarios: milites q in claſſibus depugnant:claſſiarii dicuntur Corneli.Tacitus centurionem claſſiariū uocat ad differētiam eorꝝ q erant in legiōibus a Liuio claſſici milites dicūť.ſenſus eſt. Nero olim ex remigibus legitimos milites claſſiarios fecerat:quos galba ad officiū remigandi redire coegit. Ad priſtinū ſtatū.officiū remigandi. Aq̄lam & ſigna : ut legitimi milites uiderenť depoſcebant aq̄lam & ſigna militaria : quæ milites ſeq̄ ſolēt:q̄d alibi explicatū eſt. Immiſſo eq̄te : immiſſis equitibus. Diſiecit: diſſipauit. Decimauit : decimare eſt decimū quēq́ capitali ſupplicio afficere ſuper quo uerbo plura diximus in ſecūdo commētario. ait Cor.Caſſius apud taciū. ex fuſo exercitu cum decimus quiſq́ fuſti ferire tur:etiā ſtrenui ſortiūtur. Germanorū cohortem a cæſaribus: inſtitutā.ſupra dictū eſt in auguſto & Caligula quemadmodum germani fuerunt cuſtodes corporis ipſius principis habebanturq́ inter armigeros. In patria:germaniam.Cn.dolobellæ.hic eſſe uideť ille dolobella. qui a multis fouebať ut a galba adoptareť:ſed ut ait Plutarchus.dolobellam galba non probabat.dolobella uero diminutiuū eſt dola-

bræ. Columella in quinto. dolobella conueniet expurgare quicquid emortuū eſt. item ſemper circa crus dolobella demouenda terra eſt. Tendebat:tentoria habebat. Virgilius:hic dolopum manus hic ſeuus tēdebat achilles. Ingemuiſſe eū:maximum auaritiæ inditiū hoc eſt:ꝙ princeps ingemiſcat & dolēter ferat ſi lautior cœna appoſita fuerit a diſpenſatore.debet.n.principis menſa nitidior eſſe & opulētior q̄ priuatorum.non quidem luxuria diffluens:ſed affluens cibis lautioribus. meritoq; dixit Auguſtius & ī canonicis decretis.Di.xli.repetitū eſt:non cogant̃ diuites pauperꝝ cibis ueſci utant̃ conſuetudine ſua:utant̃ præcioſis:dent pauperibus uilia. Ordinario diſpenſatori : quemadmodum ordinarii conſules dicunt̃ ita & ordinarius diſpenſator appellatus tanq̄ legitimus & primarius : a contrario ordinariū hominem ueteres appellauerunt ſcurram & improbum:qui minime ordine uiuat. Breuiarium rationum: ſummarium:acceptæ expenſæq; pecuniæ. Paraſidem leguminis : ſolent ueri prīcipes luculentis muneribus remunerari diſpenſatorū ſuorū diligētiā.galba uero porrexit diſpēſatori pro exhibita diſpenſationis ſedulitate uaſculū leguminis:quam paraſidem uocant:cuius mentio fit in euangelio:& a Iuuenale dictū ē:quam multa magnaq; paraſide cœnat. Legumīa:a legēdo dicta quoniā uellēdo legunt̃ nō ſubſecātur quidam ut gallicani legaria appellant.auctor Varro in prīo de re ruſtica. Cano choraulæ:cāus tibicen ut īquit Plutarchus inter cœnādū tibia utebat̃:eratq; auditu ꝑgratus galbæ:qui ubi tibicinem laudaſſet eſſetq; ipō delectatus iuſſit afferri ſibi arcam ligneam:unde denarios quoſdā acceptos cano in manibus dedit:dicens ex priuatis non ex publicis pecuniis illos donare.uidetur hic eſſe ille canus de quo Martialis.plaudere nec cano plaudere nec glaphyro.coraulam aūt tibicinem dici ſupra memorauimus. Denarios:denarius erat argenteus & ut ait Plinius in.xxiii.uolebat pro denis libris æris:ſicut q̄narius pro quinq;.Marcus Varro.in argēto nūmi denarii dicti.ꝙ denos æris ualebāt.ſentit Plutarchus nō argenteos denarios ſed aureos nūmos fuiſſe: quos galba dedit cano tibicini. Loculis : caplulis numariis.de loculo locelo & loculamento plura alibi.

Non perinde:non multum:Cor.tacitus introitum galbæ in urbem infauſtum fuiſſe prodidit atque formidoloſum. Exorſus:uidetur legendum exorſus ut iunctim legas athelanis exorſis.

Menſa principis lautior
Diuites utantur p̄cioſis
Ordinarius homo
Paraſis
Legumina unde Legaria
Plaudere nec cano
Denarius
Quinarius

M.AN. Exigi:a cōflatore repoſci. Claſſiarios pro aſſiduis & diligētibus ciuibus claſſiarii accipiūtur: q̄a is q in claſſibus eſſent ordinibus dico a ſeruio tullo īſtitutis parati eſſent ad oēm reipub.neceſſitatē:ſed nūc ꝓ iis accipe q nauali negocio opam reipub.exhibuerant quos utiq; Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat. Ad priſtinum ſtatum :remi uſum. Aquilam flagitantes : ut uelut legitimi milites ſub ſignis eſſent. Intermiſſo:equite: immiſſis eq̄tibus diſiecti ſunt miſerabili occiſione:Plut.eſt auctor. Decimauit: decimum quemq; ſupplicio affecit. Commodo:munere præmio:immunitate. Cn.Dolobellæ : ſepoſitus inquit Tacitus per hos dies Cornelius dolobella in coloniam agnatem neq; arcta cuſtodia:neq; obſcura nullū ob crimen ſed uetuſto noīe:& propinq̄tatē Galbæ monſtratus. Tendebāt:tabernacula habebāt.

Proniorem:ꝓpenſiorē dolorē ex ſumptuoſiore apparatu cōceptū gemitu ꝓdidiſſe. Porrexiſſe:dono obtuliſſe. Cano:nomē propriū. Choraulæ:in choro tibia canēti. Manu ſua:qđ nō ſolū auari Prīcipis fuit ob tenuitatē muneris ſed ēt ſordidi:Plut.q̄nq; aureos denarios fuiſſe ait:quos ex arca:quam ſibi iuſſerat afferri deprōptos:dixiſſe ſe nō de publicis:ſed priuatis pecuniis eos dare. Non perinde:non multum.

uenitiōe ſimus a uilla:cūcti ſimul ſpectatores cōſentiēte uoce reliquā partē rettullerūt:ac ſæpius uerſu repetito egerūt.

De geſtis per eum in initio principatus.

MAior adeo & fauor & auctoritate adepto ē q̄ geſſit imperiū:q̄q̄ multa documēta egregii principis daret:ſed neq̄q̄ tā grata erāt:q̄ iuiſa:q̄ ſecus fierēt.regebat̃ triū arbitrio:quos una & ītra palatiū hītātes:nec unq̄ nō adhærētes pedagogos uulgo uocabāt.Hi erāt Liuio legatus eius in Hiſpania cupiditatis īmēſæ.Cornelius Laco ex aſſeſſore

PHI. Venitione:uerba cantici hæc ſunt : quod illo tempore erat notiſſimū nūc pēitus ignotū: & ſi ſolerter introſpicere uelimus: nō ſolū mēdoſa hæc uerba eſſe diiudicauimus ſed etiam pœne barbarica. quid.n.eſt uenitione? quā habet coagmentationem. quē ſenſum accommodatū? in uetuſto codice ita ſcriptū legi.uēit ioneſius a uilla tanq̄ in cantico attellanico fieret mētio cuiuſdam noīe ioneſii hoīs ruſticani & perinde auari ſordidiq;. unde cū recitaret̃ in ſpectaculo:ueluti de galba dictū ſpectatores acceperūt. ego ut dicā qđ ſentio ſic opinor legēdū.uenitio ſimus a uilla.ut nomē ꝓpriū ſit uenitio dictus ſimus a p̄ſſis naribus. ſicut a poeta capellæ ſimæ cognominant̃:ī cātico.n.inducebat̃ q̄dam noīe uenitio ſimus. qui a uilla.in urbē exarguto mēto fabulæ repedabat hō ſordidus & deparcus:cuius nomē cū a uerbo ueneo uideat̃ poſſe inclinari: meri ſpectatores traxerūt id in cōtumeliā prīcipis auariſſimi ſordidiſſimi:tanq̄ ipſe alter uenitio ſimus uilla ueniſſet in urbē ad īperiū capeſſendū:galba tamē fuit naſo adunco ut īfra apparebit. Reliquā partē: cātici attellanici. Verſu repetito.ſ.uenitio ſimus a uilla. Nequaq̄ tamē grata:ſenſus eſt illa egregii prīcipis laudabiliter facta nō tā placebāt romanis:q̄ diſplicebāt q̄ fiebant turpiter & reprehēſibiliter: nō tā ab ipſo galba q̄ ab his:quoꝝ arbitrio nō tā regebat q̄ regebat̃. Regebat̃ triū arbitrio:q̄rit̃ ab eruditis q̄ res malos prīcipes faciat.in primis ut inq̄t uopiſcus licētia īpune peccandi:amici p̄terea īprobi:ſatelites deteſtādi:eunu-

Quid faciat malos principes

Difficillimum bene imperare · Cõſilium nymphidii · Monitio ad Annibalem bẽ. · Prĩceps regat non regatur · Pedagogi galbæ

chi auariſſimi autici uel ſtulti uel deteſtabiles:& reꝝ publicaꝝ ignorãtia.unde dioclitianũ dixiſſe ferũt:nihil eẽ difficilius q̃ bñ impare:cũ ſe q̃ttuor uel.v.colligũt atqꝫ unũ cõſiliũ ad decipiẽdũ impatorẽ capiũt:& ita ſæpe bõus uẽdit̃ impator:dũ regit̃ arbitrio ĩproboꝝ amicoꝝ.Notũ ẽ illud qđ idonei ſcriptores ꝓdiderũt meliorẽ eẽ rẽpu.In q̃ prĩceps malus ẽ ea in q̃ ſunt amici prĩcipis mali:ſiqdẽ unus malus põt a multis bonis corrigi:multi ãt mali nõ poſſunt ab uno quauis bono ulla rõne ſupari.Igit̃ galba ꝓbus qdẽ & moderatus erat ſuapte natura ut dixit nymphidius:ſed cũ minime ſuis cogitatibus uteret̃ deprauatus ẽ ĩprobitate titi iunii & lacõis:a qbus nõ regebat̃ ſed deſtruebat̃.uñ cẽſuit nymphidius mitti oportere legatos ab exercitu ad galbã:q edocerẽt ſi ex amicis hos ſolos duos amouiſſet iucũdiorẽ ſe oĩbus deſideratiorẽqꝫ uẽtuꝝ:hoc exẽplo diſce agedũ mi annibal ita degere ita formare actiões tuas ut regas tuos nõ ſeq̃ris:ut tibi pareãt nõ ĩperẽt.debet.n.rector regere nõ regi:debet ductor ducere nõ duci:debet dominos dominari nõ ſeruire.nolo repudies cõſilia tuoꝝ.nolo monitiões aſpneris: ſed minime pt̃ ẽ ſummatẽ uiꝝ mãcipatũ eſſe his:q cũcta per fumos uẽdunt:q pœnes ſe uolũt eſſe regimẽ reꝝ oĩum:in quoꝝ manu cũcta ſubinde uiſunt̃:qbus p̃ter nomẽ dominãtis.nihil aliud deeſt:quominus re ip̃a dominent̃:ita fit ut prĩcipes cũ alioꝝ ſint domini.fiant ſerui miniſtroꝝ: q ſub quodã ueluti p̃texto moderatiõis furtim graſſãt̃ imo ſæpiſſime palã.rapiũt ſpoliãt uexant prĩcipe uel ignorãte uel muſſitante.q ſegnis & diſſolutus ſi extiterit cõtemnit̃ eſtqꝫ ludibrio. Nec unq̃ nõ:Iugiter & ſemp. Pedagogos:quẽadmodũ pedagogos dicius educatores doctoreſqꝫ pueroꝝ:qbus cõtinẽter adherẽt:ita pedagogi uulgo uocitati ſunt:hi q inſtar pedagogoꝝ regãt galbã & illi tanq̃ diſcipulo ſemp adherebãt.Huius rei meminit Sextus Aurelius his uerbis.galba triũ amicoꝝ cõſilio.i.Iunii cornelii & iteli cũcta diſponẽs adeo ut ĩter palatias ædes pariter & uulgo pedagogi dicerẽt̃. Hi erãt titus:iunius & Cornelius laco:de his ſic ſcribit tacitus ĩualidũ ſenẽ galbã titus iunius & Cornelius laco alter teterrius mortaliũ:alter ignauiſſimus odio flagitioꝝ oneratũ cõtẽptui iertiæ deſtruebãt.apđ Plutar.ꝓ T.Iunio legit̃ ouinius. Ex aſſeſſore:apud iuriſcõſultos titulus ẽ de officio aſſeſſoris:ubi ait Paulus.oẽ officiũ aſſeſſoꝝ ĩ his fere cauſis cõſtare:in cognitionibus:poſtulatiõibus:libellis:edictis:decretis epiſtolis.aſſeſſores ab aſſidẽdo dicti & loco cõſiliarioꝝ ſunt:unde ait iuriſcõſultus cõſiliariis eo tẽpore:quo aſſident:negotia tractare ĩ ſuũ qdem adiutoriũ nullo modo cõceſſum eſſe:ĩ alienũ autẽ nõ ꝓhiberi.Alexãder romãus imperator aſſeſſoribus ſalaria ĩſtituit:q̃uis ſæpe dixerit eos eſſe promouẽdos q per ſe rempu.gerere poſſent non per aſſeſſores.ab aſſeſſore fœmininum eſt aſſeſtrix : afranius dimittit iam aſſeſtricem me ad ſe uocat.

aſſeſſores

M.ANTO. Venitione ſumus:a uilla quia a ueneo uideri poterat nomen factum iccirco in galbæ contumeliam acceptum qui ob auaritiam omnia uenalia haberet. Nec unq̃ non: ſemper. Aſſeſſore: huius erat præſidi aſſidere:ac conſulare fere in iis:quæ conſtat cognitionibus:poſtulationibus libellis:edictis:decretis:epiſtolis:fœmininum aſſeſtrix:Affranius dimittit aſſeſtricem.

p̃fectus prætorii arrogantia ſocordiaqꝫ intollerabilis: libertus icelus paulo ante annulis aureis:& Martiani cognomie ornatus:ac iã ſũmæ equeſtris gradus cãdidatus:his diuerſo uitiorũ genere graſſantibus:adeo ſe abutẽdũ pmiſit & tradidit ut uix ſibi ip̃i cõſtaret:mõ acerbior parciorqꝫ:mõ remiſſior ac negligẽtior q̃ cõueniret principi electo:atqꝫ rllius ætatis.Quoſdã claros ex utroqꝫ ordine uiros ſuſpicione minia inauditos cõdẽnauit:ciuitatẽ Rõanã raro dedit Iura triũ liberorũ uix uni atqꝫ alteri.ac ne his qdẽ niſi ad certũ præfinitũqꝫ tp̃s.Iudicibus ſextã decuriã adiici p̃cãtibus:non modo negauit:ſed etiã conceſſum a Claudio beneficium: ne hyeme initioqꝫ anni ad iudicandum euocarentur eripuit.

De geſtis eius & deliberalitatibus neronis p eũ correctis.

EXiſtiabat̃ ẽt ſenatoria & eq̃ſtria officia biẽnii ſpacio determinaturus:nec daturus niſi iuitis ac recuſantibus.Liberalitates neronis nõ plus decimis cõceſſis p q̃nq̃ginta eq̃tes ro.ea cõditione reuocandas curauit

Socordia · Martianus Itellus · Cãdidatus

PHI. Præfectus p̃torii : Cor. Tacitus.potentia principatus diuiſa in titum iuniũ conſulem & cornelium laconẽ prætorio præfectum. Socordia:ignauia:Cato ſocordiam pro ſtultitia poſuit. Libertus itelus:Cornelius tacitus.nec minor gratia itelo galbæ liberto:quem ãnulis donatũ eq̃ſtri nomine Martianum uocitabãt.Plutarchus quoqꝫ mẽorat liberto itelo ãnulos aureos a galba datos:aitqꝫ Martianũ uocatũ habuiſſe primã in libertis ptãtẽ. Ac iã ſũmæ eq̃ſtris gradus: ſupra docuimus cãdidatos dici nõ ſolũ petitores magiſtratuum ſed aliaꝝ quoqꝫ rerum:ſicut cãdidatus fidei a Hierõymo:cãdidatus eloq̃ntiæ a Quĩtilião dictus.Itidẽ nunc Tranq̃llus libertũ itelũ candidatũ uocat ſummæ equeſtris gradus petẽtem adeuntẽqꝫ ſummã cẽſus equeſtris:quæ erat ſextertioꝝ quadringentoꝝ.non placet ut cãdidatus referat̃ ad petitionẽ magiſtratus.ſimpliciter ordinãda conſtructio eſt candidatus ſummæ equeſtris gradus. Scribit Seneca uigeſimotertio epiſtolaꝝ hoiem eſſe multaꝝ reꝝ candidatum. Graſantibus:ſetuientibus euntibuſqꝫ. Vt uix ipſi conſtaret:dicitur homo ſibiipſi cõſtare:q ſuæ mẽtis cõpos ſeruat in agenda uita cõſtantiã: quã Cicero in primis tenendã eſſe perſcri-

bit.& ſicut ita maxime decet.ita maxīe dedecet eē incōſtantē ſicut erat galba:cuius moꝝ īſtitutorūqꝫ mu-
tatio.fiebat.ex arbitrio triū īprobiſſimoꝝ. Quā cōueniret prīcipi electo: nullū prīcipē decet negligētia
atqꝫ ſocordia in rebus agēdis:tāto mīus illū.q ſit & electus & ſenex:cū utraqꝫ res accerrius ſit ſtimulus ī prī
cipe ad oīa uigilāter & prudēter obeūda.nā qcūqꝫ eligiť is plane exiſtimať circūſpectior.ſeni uero ī primis
prudētia aſſignať.unde ait Plautus ī trinūmo.ſapiētiæ ætas cōdimētū eſt.ſapiēs ætati cibus eſt.& ut īqt ele
gāter Plato ī ſympoſio : tūc mētis oculus acute īcipit cernere cū primum corporis oculus defloreſcit. Ex
utroqꝫ ordīe:ſenatorio & eqſtri. Inauditos:cōtra legē & maioꝝ cōſuetudinē: q neminē ī dicta cā īauditū
qꝫ cōdēnabāt.egeſippus in prīo ait.lex īauditos uetat exitio dari. Raro dedit:rarēter ciuē romanū aliquē
externū faciebat. Iura triū liberoꝝ:quēadmodū bononiæ q decē liberos habet īmunis ē a publicis oneri
bus ita apud romanos numerus triū liberoꝝ īmunes faciebat:quod ius ſæpe ab īperatoribus numeris am
pliſſimi loco īpetrabať:unde gloriať Martialis ſibi a Domitiano tributū eſſe ius triū natoꝝ.galba uero dif
ficulter hāc īdulgētiā īperatoriā tribuebat ī prīo cōmētario annotauimus non pauca ſuꝑ hac re:q̄ repetere
poteris cū uoles. Præfinitūqꝫ tēpus:cū alii ī perpetuū hoc munus cōſequerenť.galba dabat ad tēpus.uer-
bi gratia:ut hic ius triū natoꝝ haberet ꝑ trienniū:ille per ſexeniū. Sextā decuriā:iā dixīus quēadmodū iu
dicū decuriæ q̄ttuor fuerūt prīo:qbus Caius prīceps decuriā qntā adiecit.nūc cū iudices galbā ꝑcarenť:ut
ſexta decuria adiicereť:quo minori tedio laboreqꝫ ī iudicādo afficerenť:nō ſolū nō cōceſſit : ſed ēt uoluit:
ut ad iudicādū uenirēt euocati genialibus hyemis diebus & calēdis ianuarii:cuius tēporis uocationē iudi-
cādi olī impetrauerāt a Claudio:ſed galba irritū fecit claudii beneficiū. Sēatoria:q ꝑ ſenatores fieri ſolēt.
Eqſtria:quæ ab eqtibus.obeunť. Niſi īuitis ac recuſantibus:cū opiniōe galbæ ſentiebat Alexāder roma
nus īperator:q dicere ſolebat īuitos nō ambiētes in rēpu.eſſe collocādos.ita apđ Liuiū Fabio recuſanti cō
ſulē fieri dať a populo cōſulatus. Liberalitates Nerōis reuocādas:Nero his & uicies mille ſextertiū dona-
tionibus effuderat.galba a ſingulis eoꝝ:qbus donauerat nero:iuſſit donatiōes repeti:decima tātū parte li-
beralitatis ap̄ quēqꝫ eoꝝ relicta.Exēpli gratia:ut q ex liberalitate nerōis acceperat cētū ſextertia:is reſtitue-
ret nonagīta & decē tm̄modo retineret.uerum ut īqt elegāter Cor.tacitus:uix illis decimæ portiōes ſuper
erant hiſdem erga aliena ſumptibus:qbus ſua prodegerant:cū rapaciſſimo cuiqꝫ ac perditiſſimo non aget
aut ſenus:ſed ſola īſtrumenta uitiorū manent. Per qnquaginta eqtes: Cor.Tacitus ait triginta eqtes Ro-
manos fuiſſe præpoſitos huic exactioni:quod nouum officii genus fuit ex ambitu numero oneroſum.

Prudētia in ſene

Mentis oculus floreſcit oculus corporis defloreſcit

Inauditi non puniendi

Ius triū natorum

Quinta decuria

Inuitos nō ambientes collocandos in.r.p.

M.AN. Icelus:is unus erat ex tribus quoꝝ nutu oīa admīſtrabāť:potētia prīcipatus īqt tacitus diuiſa:ī
T.Iuniū cōſulē:Corneliū laconē ꝑtorii ꝑfectū:nec mīor grā icelo galbæ liberto:quē annulis donatū eqſtri
noīe Martianū uocitabāt. Iā ſūt eqſtris:tā diues ut eqſtrē poſſideret cēſum. Cādidatus: cādida toga ad
magiſtratū petēdū ꝓgredi auſus. Electo:q electiōe nō hæreditario iure ad īperii faſtigiū ꝑuēiſſet. Illius
ætatis:q̄ quo grauior erat.eo ſalubriora ī illo regrebāť cōſilia. Inauditos.ī dcā cā. Iura triū liberoꝝ:ius
triū natoꝝ dabať ſæpe filios nō hn̄tibus hoc q fuiſſet aſſecutus quū aliqd pplo uiritī diuidebať ꝓ tribus
q̄ſi liberis accipiebat alim̄ta:id ab initio īſtitutū ī laudē oroꝝ q trigēini ī curiatios albāos.ꝓ ro.īpio pugna
rūt.M.Quod natū uetat fieri ꝑmitte uideri:natoꝝ gēitor credar ut eē triū. Adiici ꝑcātibus:ut aucto de
curiaꝝ nūero iudicādi onere leuarēť. Nō euocarēť:ſed uacationē mūeris haberēt. Sēatoria & eqſtria:
q̄ a ſenatoribus & eqſtris ordīs hoībus obiri ſolerēt. Nō plus decimis:Plutar.ait ꝑter decimā ꝑtē oēs nero
nis liberalitates repetitas:ſed qđ pplo decimæ ab īperatoribus darenť apte ī caligula trāqllus demōſtrat.

exigendaſqꝫ ut & ſi qd ſcænici aut xyſtici donatū olim uēdi-
diſſent:auferet emptoribus quando illi abſūpto præcio ſol
uere nequirent. At cōtra nihil nō per comites atqꝫ libertos
præcio adipiſci:aut donari paſſus eſt gratia uectigalia īmu
nitates pœnes innocētū īpunitatē noxioꝝ. Quinetiā popu
lo ro.depoſcēte ſuppliciū haloti: & Tigillini ſolos ex omni
bus Nerōis emiſſariis:uel maleficētiſſimos incolūes præſti
tit. Atqꝫ inſuper Halotum procuratione ampliſſima orna-
uit:pro tigillino ēt ſæuitiæ populum edicto increpuit.

De inuidia militum contra eum:& rebellione exercitus Germaniæ.

PEr hæc ꝓpere uniuerſis ordinibus offenſis.uel ꝑci
pua flagrauit inuidia apud milites. Nā quū in uer

PHI. Scenici aut xyſtici:hi-
ſtriones & athletæ:de xyſticis af
fatim ſcripſimus in libro anno-
tationū:ubi hic locus a nobis ex
plicať.& in Auguſto ſuꝑ xyſti &
xyſticis ſatis ac ſuper memoraui
mus. Auferetur emptoribus:
Plutarchus hanc hiſtoriā referēs
ſic inqt.quas largitiones nero de
derat ſcenā & paleſtrā agentibus
eas galba uehementius repeti iuſ
ſit:præter decimā partē. deinde
parua tēuiaqꝫ accipiēs(.Nā q ac-
ceperant eas largitiones plurimi
cōſumpſerat hoīes in diē uiuen-
tes)illos q ab his emerant inqui-
rebat:& quod habuiſſent exige-
bat q̄ res cum ultra modū ꝓgre
dereť galbæ īfamiā: tito iunio ī-
uidiā atqꝫ odiū cōciliauit.Quādo illi.ſ.ſcenici & xyſtici. Soluere negrent:In hāc ſn̄iam Tacitus attamen
grāde gaudiū:ꝙ tā paupes forēt qbus donaſſet nero:q̄ quibus abſtuliſſet. Nihil non:oīa. Præcio adipi-

xyſtici. athletæ

ſci:corrige addici ut ſit ſenſus galbā pmiſiſſe cūcta addici.i.uenditari p̄cio ut gr̄a donari p libertos : & eos a qbus regebaᵗ.ſup hoc uerbo addico unde & addicti ſuo loco plura retulimus. Pēas īnocentiū:cōtraria ſunt hæc:pœne īnocentiū:īpunitas noxiorū & innocētibus īpunitas debeaᵗ:noxiis uero ſupplicium: galba dū gratificaᵗ libertis p̄potētibuſcꝫ:pmittit:ut p̄cio uel gr̄a innocētes puniantᵗ nocētes abſoluantᵗ. Vectigalia.ſ.paſſus ē addici:ait Plutarchus:ouiniū q titus iunius a tranqllo tacitocꝫ noiaᵗ: p̄cio uēdidiſſe remiſſiōes tributorū.eidē cūcta fuiſſe uenalia:q uidēs ſenē galbā fortuna īplebaᵗ tanq̄ ea ſimul & oriēte & occidēte.

Emiſſarii — Emiſſariis:emiſſarii uocanᵗ cōciliatores furtorū.q̄ a magiſtratibus committunᵗ:atcꝫ īter nūtii.Auctor Pedianus Aſconius.unde &.M.Tullius emiſſarios uerris appellat.cōciliatores furtorū uerris īternuncioſcꝫ ſtuprorū.ſic.n.ait in qnto in uerrē.dubitaturū queņq̄ exiſtimas:qn illis emiſſariis hæc tibi oīs pecunia ſit.idē alio loco magni ſua putabātītereſſe publice potius q̄uis magno emi:q̄ in aliquē iſtius emiſſariū īcidere.In libro.i.regnū mētio ſit emiſſariorū:ubi ſic ſcriptū ē.Ait res emiſſariis:q circūſtabāt eū.Pli.emiſſariū appellat palmitē:q emiſſus ex deputatiōe inferᵗ imis ſcānis ac p ſingulos annos ad ſupiora ſcādat.de quo ſic ait ī.xvii.relicto ſemp duramēto in ſingulis tabulatis & emiſſario uno q ſubeat uſcꝫ quo placuerit ut āt uerba hæc Pliniana pcipias ſcito ſcāna dici ī arboribus ramos & bracchia p q̄ uites aſcēdūt.ſcānū quocꝫ ī alio ſignificatu agricolæ uocāt.ut docet columella ī.ii. crudū ſolū & īmotū minimecꝫ aratro pſciſſū: duramētū āt ſignificat bracchiū uitis.Idē columella ī.v.q̄terniſcꝫ bracchiis q̄ duramēta qdā uocāt diuidaᵗ ī totidē ptes.alio noīe duramīa nūcupāᵗ.Tabulata uero ī arboribus ſunt rami trūcicꝫ ſobolē pmittēs.qđ docet idē columella ī.vi.cū ait.falce formāda & tabulata īſtituēda ſūt.hoc.n.noīe uſurpāt agricolæ ramos trūcoſcꝫ pmittētes.De his tabulatis ītellexit Virgi.in.ii.georgicorū ſcribēs.aſſueſcāt ſummaſcꝫ ſeq̄ tabulata p ulmos ubi expoſuit Seruius Marōianus īterps: tabulata eē ramos effuſiores & in plana tēdētes nō ad altiora creſcētes.Nō īuitus īterdū digredior ad id genus diuerticula:q̄ recreare ſolēt non minus lectorē q̄ ſcriptorē laſſeſcentē:de emiſſariis ut domū repedemus Amiāus Marcellius ſic inqt.p emiſſarios quoſdam fallēdi pſtringēdicꝫ gnarus pſarū ſciſcitabaᵗ cōſilia. Halotū:fortaſſis hic ille ē halotus ſpado:quo p̄guſtatore qdā tradiderūt.Datū eē uenenū Claudio ī arce epulāti.

Emiſſarius

palmes

Scāna arborū duramē

tū duramē

Tabulata

Tigillinus petiᵗ ad ſuppliciū — Pro tigillino:po.ro.depoſcebat tigillinū ad mortē:quē uocabat magiſtrū ac pedagogū tyrānidis.& ut auctor eſt Plutarchus:nullius ſpectaculi cupiditate tā tenebaᵗ:q̄ ut tigillinū uideret iudicio circūuentū.qnēt ī theatro & ſtadio aſſidue petebat tigillinū dānari:unde īcrepitus ē e dictio galbæ dicētis nō diu uicturū tigillinū tabido morbo iā tabeſcētē:dep̄cantiſcꝫ ne exacerbarēt facerentcꝫ tyrānida ex īperio.ſed de tigillini moribus & morte mox diceᵗ in othone.

Apud milites: in primis urbanos p̄torianoſcꝫ iurātibus militibus. Abſentis : anteq̄ ex hiſpania romam ueniſſet ade impium ingens capeſcendum. Præpoſiti:p̄fecti huic negotio.& ueluti pcuratoris galbiani.

M.AN. Auferreᵗ emptoribus:& hæc cōditio q̄ Nerōis liberalitates reuocari iuſſit. Impūitatē:noxioꝝ & ſi p īde hoc erat atcꝫ illud qđ pxīe dixit leges uiolare mīus tamē hoc īuidioſum ī quo clæm̄tiæ q̄dā rep̄ſentabaᵗ imago:ut ī altero ſeuitiæ. Emiſſariis pediāus:emiſſariū īterp̄taᵗ eū q cōciliator furtoꝝ & rapiarū eēt q̄ a pricipe ſine dn̄o patrarenᵗ.ī hūc ferme ſenſū lāpridius rōæ īqt nil aliud egit niſi ut emiſſarios hērēt q ſibi bn̄ naſitos pqrerēt.M.qđ eius uerbi rōnē attīet naſutū nō naſatū pnūciauit:naſutus ſit uſcꝫ licet.

Maleficētiſſimis:peſſime de oībus meritis. Pro tigilīo:tigillini tacitus & Plutar.mēineřt.Iu.pōe tigilinū.

PHI. Donatiuū pnunciaſſet: ſcribit cor.ta.milites urbanos ad res nouas pnos agitatos eſſe poſt q̄ nō dari donatiuū ſub noīe galbæ promiſſum ītellexerūt. Se

Legi militē non emi. — legere militē: Cor.Tacit.acceſſit galbæ uox p repub.honeſta ipſi anceps legi a ſe militē non emi.ſignificabat āt hac uoce galba milites p uirtutē eligēdos:nō aūt p largitionē cōciliādos:de hac uoce ſic Plutar. Emiſit galba uocē dignā impatore qppe q diceret morē fuiſſe deligere non emere milites, ubi hoc illi audiuerunt graui in eū odio ſunt accēſi uidebaᵗ.n.non ipſe ſolos eos priuare ſed legē ferre & docere reliquos impatores. Centū p̄torianos: lēge.potius cæteꝝ q̄ cētū. Sub inde mouēs:a militia. Et nymphidii ſocios:cum nymphidium interemptū galba audiſſet interfici iuſſit eos quocꝫ q cū illo cōiurauerāt unde oēs pœne nymphidii ſocii perierūt in qbus ēt Cingonius fuit q orationē cōpoſuerat qua nymphidi-

ba eius abſentis iurātibus donatiuū grādius ſolito p̄poſiti pnūciaſſēt:necꝫ rē ratā habuit & ſubide iactauit ſe legere militē nō emere cōſueſſe. Atcꝫ eo qdē noīe oēs q ubicꝫ erāt exacerbauit. Centū p̄torianos ēt metu & īdignitate cōmouit remouēs ſubinde pleroſcꝫ ut ſuſpectos: & Niphydii ſocios ſed maxīe fremebat ſupioris Germaniæ exercitus fraudari ſe præmiis nauatæ aduerſus gallos & uindicē operæ. Ergo primi obſequiū rupe:ac ſe cal.ianuarii adiici ſacramento niſi in nomen ſenatus recuſarūt: ſtaticꝫ legationē ad prætorianos cū mādatis deſtinauerūt:diſplicere īperatorē in Hiſpania factū. Eligerent ipſi quē cuncti exercitus cōprobarent.

De adoptione piſonis per eum facta.

QVod ut nunciatū ē deſpectui eē non tā ſenectā ſuā: q̄ orbitatē ratus piſonē Frugi Lucinianū egregiūcꝫ

us uteret̃ ad milites in ſniam ſuã traducẽdos. Fremebãt ſupioris germaniæ exercitus:Milites q prius ſub uirginio fuerãt.tũc ſub Flacco erãt ĩ germania dignos ſe exiſtimabãt maxima remũeratiõe ac pmiis ob eã pugnã:qua aduerſus uindicẽ galloſq; pugnarãt.Itaq; nihil ex deliberalitate galbæ cõſequuti nullã conſulationẽ nullã exhortationẽ admittebãt:Flaccũ ipſum pro nihilo reputãtes utpote reꝝ imperitũ & dolore pedũ cõflictatũ.ſupioris ãt germãiæ dixit ad dñiam ĩferioris germaniæ.Marcellinus in deſcriptiõe galliarũ collocat primã & ſecũdã germaniã ueluti prouĩcias gallicanas.Ptolemæus quoq; ĩ coſmographia bifariam partit̃ germaniam ĩ magnã & paruã:noĩe magnæ.ſignificat̃ uera germania:q̃ ĩ ſupiorẽ diuidit̃ & inferiorẽ noĩæ aũt puæ germaniæ deſignat ptẽ galliæ narbonẽſis ĩ qua ẽ maſſilia. Præmiis nauatæ opere:iã dictũ ẽ quẽadmodũ iunius uidex gallos cõcitauit primus ad rebellionẽ aduerſus neronẽ.tunc uirginis qui legiõibus potẽtiſſimis ĩ germania perat cõflixit cõtra uidicẽ:quo certamĩe circiter uigĩti milia gallorũ occiderũt uidex uero ſibi mortẽ cõſciuit.hic ĩ ſepl̃chro uirginii ruffi ſcriptũ legebat̃.hic ſitus ẽ ruffus: cæſo q uidice quõdã imperiũ aſſeruit nõ ſibi ſed patriæ. Obſeqũ rupere:primi cœperũt eſſe ĩobediẽtes & ab officio deceſſere.M.Tullius putat a terẽtio prĩo dictũ eẽ obſequm.unde ĩ lib.de amicicia uerbũ id terentianũ uocatur.ſed dõatus falſitatis ciceronẽ arguit cũ & plautus & neuius ante terẽtiũ dixerit obſequm. Cal.ianuarii addici ſacramẽto recuſarũt:Cor.Ta.paucis poſt cal.ianuarias diebus põpeii ppinq procuratoris e belgica litteræ afferũt̃ ſuperioris germãiæ legiões rupta ſacramẽti reuerẽtia aliũ ĩperatorẽ flagitare & ſenatui ac po.ro:arbitriũ eligẽdi permittere:quo ſeditio mollius acciperet̃.cũ igit̃ cal.ianuarii a flacco ad iuſiurandũ cogeret̃:qđ per ĩperatorẽ iurare mos erat:illi accedẽtes galbæ imagĩes euerterũt demolitiq; ſunt.iurati aũt ut inqt Plutar.iuſiurãdũ per ſenatũ po.q; romanũ ſoluti ſũt. Prætoriãos:milites urbanos:flaccus auctore Plutarcho detulit ad ptorianos metuere ſe ĩobediẽtiã exercitus germaniciãi ut defectionẽ. Impatorem ĩ hiſpania factũ:nimiꝝ galba ſignificat̃:q a legionibus ĩ hiſpania factus fuerat imperator.germaniæ milites a galba deficiẽtes.uitelliũq; eligere ĩperatorẽ deſtinãtes dixerũt oſtẽdamus cũctis hoĩbus nos iberis eẽ luſitaniſq; potiores q ĩperatorẽ eligamus ſubſequẽtibus tẽporibus:ĩperatores nõ pauci ĩperarũt militari pro gatiua electi euocatiq; ad ĩperiũ. Deſpectui:cõtẽptui deſpicatui. Nõ tã ſenectam:ſuam Cor:Ta.ait ætatem galbæ irriſui fuiſſe ac faſtidio. Quã orbitatẽ:q; filiis eẽt orbatus Papinius:orbitas oĩ fugienda nixu. Plutarchus.pterritus galba q; nõ modo obſeniũ ueꝝ ẽt qa careret filiis cõtẽptui foret:cõſultabat ſibi adoptare adoleſcẽtẽ aliquẽ ex illuſtribus:eũq; declarare ĩperii ſucceſſorẽ. Piſonẽ frugi licinianũ:galba cognito tumultu exercitus germaniciãi nõ amplius diſtulit adoptionẽ & cũ qdã amicoꝝ pro dolobella iunius p Marco othone cõtẽderẽt:piſonẽ liciniũ accerſiri iuſſit ſeu propria electiõe.ſiue ut qdã tradiderũt lacone ĩſtãte.erat aũt hic piſo Mar.Craſſo & ſcribonia gẽitus nobilis utriq;:uultu habituq;:moris antiq:& exiſtimatiõe recti ſeuerus:ĩgenio ad uirtutẽ oẽm accõmodato.hũc galba adoptauit ĩ caſtris tanq̃ ſibi ĩperio ſucceſſurũ.ferũt piſonẽ ex adoptiõe nullũ exultãtis aĩ motũ pdidiſſe.apparuerũt prodigia quæ ſignificabãt adoptionem hãc ĩfauſtã futurã.nãq; dies ille fœdus ĩbribus fuit tonitrua & fulgura & celeſtes mĩæ ultra ſolitũ portẽdere uidebãt̃ eã adoptionẽ diis ĩmortalibus nõ pdari. Frugi:alibi memorauimus piſones cognominatos eſſe frugi ab eo Lutio piſone:cuius meminit Cice.ĩ.iii.queſtione tuſculana.

Hic ſitus eſt ruffus

Obſequm an bene Cicero

Piſo adoptat̃ a galpiſo frugi

M.AN. Donatiuũ:donũ qđ a prĩcipe ſiue ĩperatore militi dabat̃. Præpoſiti:q res Galbæ tũ Romæ pcurabãt. Subĩde:ſæpius. Aduerſus gallos:florẽtiſſime uirginii legiões ipſis ut plutarchus ait ducibus inuitis aduerſus uidicis copias cõflixere qbus delectis uidex ſibi mortẽ cõſciuit. Obſequm:offm̃ parẽdi facilitatẽ. Ad ptorianos:q Romæ erãt. In hiſpania:aperte galbã demonſtrabant. Orbitatẽ:qa liberis careret. Piſonẽ:frugi licinianũ:fuit hic Craſſi filius ut tacitus ſcribit eius credo quẽ ĩ claudio Craſſum frugi appellauit ut appareat frugi cognomen eſſe ſiqdem Craſſi in licinia gente ferunt.

iuuenem ac ſibi olim probatiſſimũ teſtamẽtoq; ſemp in bõa & nomen adſcitũ repẽte & media ſalutantiũ turba apprehẽdit:filiũq; appellans pduxit in caſtra:ac pro cõciõe adoptauit:ne tunc quidẽ donatiui ulla mentione facta. Quo faciliorem occaſionem. M. Saluio Othoni præbuit præficiendi conata intra ſextum adoptionis diem.

PHI. Et nomen aſſitũ:aſſumptũ:q adoptat̃ ĩ nomen adoptãtis aſciſcit̃.hic ait galba ap̃ Tacitũ:mihi egregiũ erat ſi te adoptãtẽ.Cn.Põpeii.M.Craſſi ſobolem in pẽates meos aſciſcere. Ac p contione adoptauit:galba apud frequentẽ militẽ contionẽ ĩperatoria breuitate adoptari a ſe piſonem pnũciauit more diui auguſti & exẽplo militari:quo uir uiꝝ legeret.Nec donatiui mẽtiõe facta.nocet nimia ſe ueritẽs ĩterdũ principibus:auaritia uero ſemp:nam cõſtat ut ait tacitus potuiſſe cõciliari aĩos militũ q̃tulacũq; parci ſenis liberalitate:unde aĩ militares ĩ galbã p ĩdignationẽ irritati ſũt:q; nullo dõatiuo nullaq; largitione eos adoptionis cãpſecutus foret. Perficiẽdi conata:de occupãdo ĩperio & galba trucidãdo.de quo paulopoſt pluribus

Impatoria breuitas

Portẽderãt:ſignificauerãt:unde portẽta dicta ſicut a monſtrãdo mõſtra.oĩa ãt portẽta cõtra naturã dicimus eẽ ſed nõ ſũt.nã ut inqt elegãter auguſtinus ĩ.xxi.de ci.dei:portẽtũ nõ fit cõtra naturã.ſed cõtra q̃ eſt nota natura. Per oẽ iter:qđ.ſ.fecit ex hiſpania Romã pgens ad nomẽ ĩgẽs capeſcẽdũ. Oppidati:p ſingula oppida. Securis ictu cõſternatus:notãdũ ẽ ut inqt Pli.ĩ.viii.deos nõ placari hoſtia trahẽte ſe ab aris.Lu

portentum non fit cõtra naturã

De pdigiis præcedentibus infœlicem exitũ imperii eius.



MAgna & aſſidua monſtra iá inde á principio exitũ
ei qualis euenit portẽderãt quũ per omne iter dex
tra ſiniſtraq; oppidatim uictimæ cæderẽt : taurus
ſecuris ictu cõſternatus rupto uinculo eſedum eius inuaſit.
Elatiſq; pedibus totũ cruore perfudit:ac deſcendentem ſpi
culator ipulſu turbæ lancea prope uulnerauit. Vrbẽ quoq;
& deĩde palatiũ igreſſum excepit terra tremore:& aſſimilis
qdã mugitui ſonus:ſecuta ſunt aliquãto maiora & triſtiora:
monile margaritis gẽmiſq; conſertum ad ornãdũ fortunam
ſuã tuſculanã ex omni gaza ſecreuerat. Id repẽte q̃ſi augu
ſtiore dignius loco capitolinæ Veneri dedicauit:ac ꝓxima

canus iter ꝑſagia pharſalicæ cla
dis memorat fugá uictimaꝝ ab
imolatiõe.Igit̃ taurus cũ ex ictu uictimarii cõſternatus
hoc ẽ pterritus pauefactuſq; iuaſiſſet uehiculũ galbæ to
tũq; cruore ꝑfudiſſet omẽ illi fecit futuræ cædis.đ tau
ro cõſternato exictu ſecuris extat illud maronianũ q̃lis
mugitus fugit cũ ſaucius ará taurus & icertam excuſſit
ceruice ſecuri.Olí flaminio cõſuli imoláti uitulius iam
ictus:ex máibus ſacrificátiũ ſe ꝓripuit:multoſq; circũſtã
tes cruore reſpſit.Id a pleriſq; in omẽ magnæ calamita
tis acceptũ:qua paulopoſt affecti fuere romani ad lacũ
traſimenũ:ubi flaminius occubuit. Rupto uiculo:pia
Solutæ hoſtiæ culũ ẽ ut inqt Seruius i ſacrificiis aliqđ eẽ religatũ ſolu
taſq; fuiſſe hoſtias ꝑdidit.cur ergo ait tranqllus taurum
rupiſſe uinculũ.hoc plane refert ad tpis momentũ:qđ
ſacrificiũ antecedit ante qđ hoſtiæ ligabant̃:ut Iuuena
lis idicat:ſed ꝓcul extẽſum petu
lás quatit hoſtia funẽ. Eſſedũ:
carrucá galbæ ſiue uehiculum.
Elatis:ſublatis eleuatiſq;. De
Spiculator ſcẽdẽtẽ.ſ.galbãæ uehiculo. Spi
Spiculum culator:ſatelles quos antiqtas la
terões uocitabat.a ſpiculo aũt te
lo romáico ſpiculatores dici no
tũ ẽ & nos ſupra memorauimus.
Lácea.M. Varro lanceá uoca
Lancearii bulũ hiſpanicũ eẽ refert a lácea
Lanceati. dicti lácearii q láceá geſtát. cũ lã
ceati dicát̃ láceæ ictu ꝑcuſſi. Iuli
us Firmicus ait q; láceati morieẽ
hñtes horoſcopũ i.xx. pte tauri.
idẽ alio loco ait láceatus morie
Tremor tur qcũq; habuerit horoſcopũ i
terræ decima ſeptima pte aq̃rii. Tremore:terræ motu. Virgi.uñ tremor terræ.Seneca.i.iiii.q̃ſtionũ naturalium
Mugitus nõ ſine cá tremorẽ terræ dixerũt maiores nñi:q cõcuſſioni & iclinatiõi diſſimilis.ẽ qdá terræ nũq̃ tremue
ex terræ rũt.ſicut egyptũ nõ tremuiſſe maximi auctores ꝓdiderũt.nũq̃ urbs Roma tremuit ut nõ futuri euẽtus ali
motu cuius id ꝑnũciũ eẽt.ut ait Pli.igit̃ cũ terra tremuerit galba igreſſo urbẽ Romá fuit id plane ꝑſagiũ futu
Terra mu ræ calamitatis. Aſſimilis mugitui ſonus:anteq̃ terra moueat̃ ſolet ut inqt Seneca i.vi.queſtionum mugi
giens tus audiri uentis i abdito tumultuátibus.unde eſt illud a Virgi.ſcienter ſimul & eleganter dictũ.ſub pedi
bus mugire ſolũ:Pli.quoq; noſter i.ii.ꝑcepit inquit comitaturq; terribilis ſonus alias murmur ſimilius mu
gitibus.aut clamori hũano armorũue pulſantiũ fragori aſtipulat̃ Plinio ſenecæq; Amiáus:q ait.neceſſe eſt
uelut taurinis reboare mugitibus fragores fremituſq; rerrenos talẽ oſtentũ factum eſt galieni principatu:
auditũ.n.tonitruum eſt:ut inquit Iulius capitolinus:terra mugiente.
M.AN. Quo:q̃ donatiui fraudatiõe. Cõſternatus:pterritus & pauore actus. Eſſedũ:uehiculũ quo
Galba uehebat̃. Elatis pedibus:i currũ ꝓiectis. Spiculator:q ꝑſidii cá circa illũ ſteterat. Tremore:hor
rẽdo motu. Aſſimilis mugitui:neq; id ꝓdigioſum.Pli.de motu terræ ꝑcedit inquit comitaturq; terribilis
ſonus alias murmur ſimilius mugitibꝰ aut clamori hũano:armoꝝ ne pulſantiũ clamori ꝑ q̃litate materiæ
excipiẽtis foraq; uel cauernaꝝ ulcũiculi ꝑ quẽ meat treuel.tõitruũ ut auditũ terra mugiẽte ñ ioue tonãte.
Monilia PHI. Margaritis gẽmiſq;:In cõmẽtariis ꝓpertii retulimus quẽadmodũ margaritæ a gẽmis ſeparant̃ :qđ
gemmoſa & Pli.& iuriſcõſulti ꝓdiderũt. Monile:muliebri mũdo legato ſceuola reſpõdit monilia nõ cõtineri:i qbus
fortuna gẽmæ & margaritæ iſunt.monilia cõtexta gẽmis nõ inelegãter gẽmoſa dicunt̃ ab apuleio in.v.de aſino au
in cubicu reo. Fortunã tuſculanã:ſupra dictũ eſt quẽadmodũ galba ſimulachrũ fortũæ:de qua ſomniauerat inuen
lo principũ tũ ante fores deportauit tuſculum coluitq; mẽſtruis ſupplicationibus.unde a tuſculo dicta tuſculana obi
ter annotandũ fortunã aureá i cubiculo principũ coli ſolitá quá olim Antoninus pius imperator cũ graua
ri ſe uideret tráſferri ad.M.Antoninũ iuſſit:qđ haud dubie ſignũ fuit tráſlati imperii ad illũ ueluti ſucceſ
ſorẽ ita deſtiatũ.auctor helius Spartiáus:q alio quoq; loco ſcribit ſeueꝝ impatorẽ ſtatuiſſe geminare hanc
Gaza fortunã regiá:q̃ comitari prĩcipes & i cubiculis põi ſolebat:ut ſacratiſſimũ ſimulachꝝ utriq; relinq̃ret filio
ærarium rũ.ſed cũ uideret ſe purgeri morbo ſub hora mortis iuſſiſſet ut alternis diebus ap̃ filios ipatores i cubicu
lis fortũa poneret̃. Gaza:pſæ ut ait põponius mella gazã ærariũ uocát & ide nomẽ eſt gazæ oppido pa

nocte ſomniauit ſpeciẽ fortũæ querẽtis fraudatã ſe dono deſtiato:minãtiſq; erepturã & ipſam q̃ dediſſet. Q uũq; exterritus luce pria ad expiandũ ſomniũ præmiſſis q rẽ diuinam appararẽt:tuſculũ excucurriſſet:nihil iuenit p̃ter tepidã in ara fauillã atratũq; iuxta ſenẽ i catino uitreo thus tenẽtẽ & in calice fictili merũ. Obſeruatũ ẽt eſt cal. ianuarii ſacrificãti coronam de capite excidiſſe. Auſpicanti pullos euolaſſe: adoptionis die:neq; milites allocuturo caſtrenſem ſellã da more poſitam pro tribunali oblitis miniſtris:& i ſenatu curulem peruerſe collocatam.

leſtinæ cũ cambyſes illuc belli & opes & pecuniã ĩtuliſſet. Seruius ait noĩe gazæ diuitias ſignificari Vir. dixit in q̃nto Eneidos.& gaza lætus agreſti excipit:ubi expoſuit Seruius:opibus ruſticãis. nã gaza oĩs fructus eſt : de gaza & gazophylatio iã ſatis ac ſup. Auguſtiore:uenerabiliore & ſanctiore.id.ſ.monile. Capitolinæ ueneri:q̃ capitolio colebat̃. Spẽm effigiẽ imaginẽ. Querẽtis:lamẽtantis. Dono deſtiato : monili margaritis gemmiſq; confecto.

Quæ dediſſet:fortũa nimi℞ galbæ dederat imperiũ:ergo mĩabat̃ ſe ĩperiũ & ĩperatorias opes erepturam. cũ & ipſa fuiſſet a galba monili fraudata:& ita par pari repẽſurã. Ad expiãdũ ſomniũ:moris fuit apud ueteres romãos:ut ſomnia q̃ uidebant̃ portẽdere diritatẽ facto ſacrificio piaculari expiarẽt:q uero erant obſcura ſolebãt ea deferre ad cõiectores hoc ẽ interp̃tes ſomnio℞ explicãda atq; interp̃tãda Cicero. defert ad cõiectorẽ quẽdã ſomniaſſe ſe ouũ pẽdere ex faſcia lecti ſui cubicularis. tales alio noĩe ſomniatores dicunt̃: de q̃bus ĩ deuteronomio legimus. nõ audies uerba ſomniatoris. Atratũ:ueſtimẽto nigro atriq; coloris inductũ:q color ẽ lugubris ut iã dictũ eſt. ſenex itaq; atratus uiſus portẽdebat exitiũ ſeui galbæ. In catĩo uitreo:Catinũ uitreũ & calix fictilis malũ omen fecerũt principi galbæ:cũ uaſa tã uilia nõ cõueniãt ſacrificiis ĩperatoriæ maieſtatis:& q̃a erãt præpoſtera. ſolẽt.n. catina eẽ fictilia calices uero uitrei. legimus tñ apud Pliniũ i. xxxv. qđ ĩ ſacris nõ murrinis cryſtaliniſue:ſed fictilibus ſympulis p̃libabat̃ ĩnocẽtius. ſunt aũt ſympula calices fictiles & uaſcula:q̃bus utebant̃ ĩ ſacrificiis ut ait Varro:a ſumẽdo ſympulla dicta q; his uinũ ſumebãt minutatĩ. De ſympullo ait iuuenalis ſympullũ ridere numæ:q̃uis nõ pauci perperã legãt ſimpuuium: Apuleius catinũ & ſympullũ ſacrificiis adhiberi ſolita oſtẽdit ĩ apologetico ſic ſcribẽs:pauptas populo romão imperiũ a primordio fundauit: p̃cq; eo ĩ hodiernũ diis ĩmortalibus ſympullo:& catino fictili ſacrificat. Symplator uero:ut id ĩ trãſcurſu annotemus:dr̃ amicus ſponſi q cũ eo per cõuiuia ambulat: Symplones dicebant̃ cõuiuæ. Calice:diminutiuũ calicis ẽ caliculus:ſeneca p̃ quã elegãter appellat caliculos uaſcula illa:q̃bus præſtigiatores q̃buſdã p̃ſtigiis ĩponũt oculis ſpectato℞ & ueluti p̃ſtringũt aciẽ eõtuẽtiũ. merũ aũt & thus adhiberi ſolita ſacrificiis:nemo eſt q ignoret. & a nobis ſuperioribus ſatis multa mentio facta ẽ thuris & meri ſacrificalis. Romulus lacte nõ uino libabat. numæ põpilii lex ex ĩputata uite libari uina diis nefas eẽ ſtatuit. L. Papyrius dimicaturus aduerſus ſamnites uotũ fecit ſi uiciſſet ioui pocillũ uini. thus uero qđ ĩ ſacris adolet̃ duplici uĩdemia colligit̃:qua℞ prior eſt circa canis ortũ. ſecũda eſt uerno t̃pe. inciditur enĩ cortex arboris thuriferæ qua maxime uideat̃ eẽ prægnãs tenuiſſimiſq;:laxat̃ hinc plaga:inde p̃ſiliit ſpuma pĩguis:Mãmoſum ut inq̃t Plinius in duodecimo p̃cipua gratia eſt:cui a ſimilitudine mãmarũ nomẽ ẽ. Maſculũ uocauit Virgilius qđ ex rotũditate guttæ pependit. aliq putãt maſculũ a ſpecie teſtiũ dictũ Plautus diminutiuo uocabulo uſus thuſculũ dixit in aulularia. Coronã de capite excidiſſe : hoc portendebat ita apicẽ ĩperatoriũ de ipſius capite caſu℞. Auſpicãti:galbæ auſpicia captãti. Pullos euolaſſe:ſupra annotauimus ſignũ fuiſſe infortunitatis:quotiẽſcũq; pulli gallinacei e cauea liberati in auſpiciis nõ paſcebant̃ : & pariter euolabant. olim hoſtilio mancino cõſuli in hiſpaniã ituro accidit hoc prodigiũ:cum ſacrificiũ facere uellet pulli cauea emiſſi in proximam ſiluam deuolauerunt. ſummaq; diligentia quæſiti reperiri nequiuerunt. auſpicia hæc triſtia fuiſſe exitu probatum eſt:uictus enĩ hoſtilius mancinus a numãtinis & caſtris exutus cũ ſpes nulla ſeruandi exercitus eſſet:pacẽ cũ his fecit ignominioſam quã ratam eſſe ſenatus uetuit auctores Valerius primo libro. Liuius. xlv. ab urbe condita.

M.AN. Tuſculanã:quã tuſculi colebat. Quæ dediſſet:impiũ.ſ.& reliquos ſucceſſus. Expiãdũ:ſacrificio purgandũ. Atratũ:pullis ueſtibus amictũ quod ad infœlicẽ Galbæ exitũ pertinuit. Thus & merũ his duobus ueteres ſacrificare ſolitos conſtat:& in primis iano ut Ouidius uidet̃ ĩnuere mox ego cur quãuis alio℞ numina placẽ:iane tibi primũ thura merũq; fero. Pullos euolaſſe:quod &. C. hoſtilio mancino ſacrificanti accidiſſe Valerius prodidit quippe cui auſpicanti cũ pulli caua emiſſi in proximã ſil uã effugiſſent nec req̃ſiti uſpiam extitiſſent futura per id clades denunciata eſt.

PHI. Adoptionis die:hũc fœdũ fuiſſe hymbribus & ominoſum ſignat tacitus. Neq; caſtrenſem ſellã de more poſitã præſagiũ calamitatis fuit q; ſella caſtrenſis per obliuionẽ miniſtro℞ nõ fuit appoſita galbæ ante tribunali:cũ milites alloq uellet eo die. quo piſonem adoptabat. Curulem peruerſe collocatã. Sella curulis ob eam cãm appellata eſt:q; in curru ponebat̃ quo in curiã ſoliti erãt uehi honoris gratia:q curulem magiſtratũ geſſiſſent:ut Caius baſſus in cõmẽtariis ſcriptũ reliquit. & ab aulo gellio repetitum ẽ in tertio noctium atticarum. Sella currulis p̃poſtere in ſenatu collocata omẽ fecit Galbæ imminentis infortunii immutatæq; fortũæ. Aruſpex idẽtidẽ monuit:umbricius ſignificat̃:q ſacrificanti galbæ pro æde apollinis

Ad coniectorem
ſomnia
Sõniatores
Stratus
Sympulis
libabatur
ſymplator
ſymplones
Caliculi
pocillũ uini Thus
Vindemia
thuris
mãmoſum
maſculum
Thuſculũ
pulli e cauea
euolarunt
Mãcinus
uictus a numantinis
Curulis
Vmbriciu
aruſpex

De cæde morte eius:& aliis geſtis.

ſimilitudo uitioꝝ cõciliat familiaritatẽ: igit̃ uitelius factus ẽ familiaris Caio Caligulæ p ſtudiũ aurigãdi: quo ille imprimis oblectabat̃: claudio uero p aleã: cuiꝰ ille erat ſtudioſiſſimus. Propter eadẽ: hæc aurigationẽ. ſ. & aleã: cum & aurigandi & aleæ ſtudio oblectaret̃ nero. Peculiari merito ꝓprio: & ut dici ſolet: ſpẽali bñficio. Certamini nerõeo: traditũ ẽ in nerõe: queadmodũ ille agona neroneũ iſtituit: i quo triplex certamen edebat̃ muſicum gymnicũ & eq̃ſtre. Capiẽtẽ: nerone. Cõtẽdere: muſico certamie. Iõq; egreſſũ: nero iõ e theatro egreſſus fuerat: quia nõ audebat ob dedecus atq; iſamiã ꝓmittere ſe iter cytharedos muſica decertaturũ q reuocatus a uitelio id loco maximi habuit bñficii: cũ nihil aliud magis cupet: q̃ palã muſicã ꝓfiteri: ſed ad id cogi uolebat uideri: cũ dedecoroſum ſit pricipẽ i ꝓpatulo ꝓfiteri ſe citharedũ. Quaſi pſeuerãtis populi: uitelius acceſſit ad neronẽ fingẽs ſe legatũ ad principẽ miſſum a. po. ro. pſeuerãter efflagitãte: ut nero reuocaret̃ i theatrũ: & cãeret iter citharedos. Exorãdũ: oram9 facilia exoramus difficilia: orare rogãtis ẽ: exorare ipetrãtis: orator ẽ dũ rogat: exorator cũ ipetrauerit. hinc illud terẽtianũ: orator ad uos uenio ornatu ꝓlogi: ſinite exorator ſim. Igit̃ uitelius exorator fuit apud neronẽ q ueluti difficilis res peteret̃: tandẽ exhibuit ſe exorandũ & exorabilẽ: apuleius perq̃ decẽter exorabula uocat oĩa illa artificialia argumẽta: qb9 orator per uĩ eloquẽtiæ iudices exorat. Triũ principiũ: caligulã claudiũ & neronẽ ſignificat. Indulgẽtia: facilitate clæmẽtia comitate. laudãt̃ idulgẽtiæ i ipatoribus: antiq idulgitatẽ uocauerũt: q̃ a nobis dr̃ idulgẽtia. Honoribus: magiſtratibus. Africæ: ꝓuinciæ ꝓcõſularis.

Orare
exorare
exorator
indulgitas

Volũtatẽ diſpari: qa cũ in ꝓuincia fuiſſet inocẽs romæ i officio urbão fuit ſpoliator & ipoſtor: ex quo diſparilitas maxima & uolũtatis & extimationis ſignificat̃. In ꝓuicia: africa. Cor. Ta. refert uiteliũ egiſſe in africa ꝓcõſulatũ itegrũ ac fauorabilẽ: cũ famoſum iuiſumq; i eadẽ ꝓuicia egerit. ueſpaſianus. Legatus: de legato procõſulis itelligẽdũ eſt de quo ſupra dictũ. Subſtitiſſet: remãſiſſet i ꝓuicia: & ita biẽnio fuit in africa: cũ anno primo proconſul ſecundo legatus fratris: qui ſibi ſuccedebat in proconſulatũ ſubſtituiſſet. In urbano officio: in adminiſtratione operum publicorum: quorum fuit curator.

M. AN. Capreis: apud tyberiũ principẽ. Spitriæ: de ſpitriis ſemel atq; iteꝝ ſupra. Corporis gratia: cuius flore tyberius abuteret̃. Oĩbus ꝓbris: oĩbus flagitiis. Caio. caligulæ. Per aleæ ſtudiũ: cuius conſtat claudiũ ipm ꝓcupidũ fuiſſe. Peculiari ꝓprio: & ob id acceptiore. Certamini neroneo: de neronei certaminis rõne ſatis ſuo loco. Promittere audẽtẽ: ob dedecus & iſamiã reuocauerat uitelius. Perſeuerãtis: id efflagitare. Exorãdũ: p̃cibus flectendũ. Triũ pricipũ: caligulæ: Claudi & neronis. Indulgentia: facilitate obſeqo. Munificentia auctus: maior factus. Diſpar uolũtate: inocentiæ foris cuſtodiendæ domi uero per occaſionem peccandi. Cum legatus ſubſtitutus eſſet: ex eo pendet quod biennio dixerat præfuiſſe poterat. n. aliter occurri cur biennium ſi annuũ erat munus. Vrbão officio: quo publicoꝝ opũ curã geſſit.

PHI. Stagnum & aurichalcum: cũ ſtagnũ colore argento: aurichalcum uero auroſimillimum ſit: potuit commodiſſime pro argento ſtagnum pro auro ſupponere aurichalcũ ſtagnum appellatur liquor plumbi qui primus fluit in fornacibus qui ſecundus argentarium adulteratur ſtagnum addita æris tertia portione candidi in plumbum album fit. & alio modo mixtis albi plumbi nigriq; libris: hoc nunc aliqui argentarium appellant. Aurichalcum: ob præcipuam bonitatem diu obtinuit admirationem ut inquit plinius in xxxiiii. apud maiores ſicut refert ſeruius orichalcum præcioſius omnibus metallis fuit: quod & ſplendorẽ auri & æris duriciam poſſideret orichalcum autem fuiſſe præcioſum ẽt plautus docet: q ait in milite: ego iſtos mores aurichalco cõparẽ: idẽ icurguliõe: cedo mihi cõtra orichalco: cui ego ſano ſeruiã: autumãt qdã aurichalcũ ab ære & auo eẽ cõpoſitũ: græci. n. chalcõ æs uocãt: ſiue q aureũ hẽt colorẽ: orichalcũ ſane dio

Stagnum
argentariũ
aurichalcũ
.richalcũ

ſup parricidii:& quaſi paratũ ad ſcelus uenenum ex conſciẽtia hauſiſſe:Duxit mox galeriã Fundana prætorio patre.ac de hac quoq; liberos utriuſq; ſexus tulit:ſed marẽ titubãtia oris prope mutum & elinguem.

De germania eidẽ decreta & de paupertate ipſius:& de comunitate eius erga ſingulos:& de geſtis in caſtris.

A Galba i iferiorẽ germaniã cõtra opinionẽ miſſus ẽ Adiutũ putãt.T.iunii ſuffragio tũc potẽtiſſimi & ui iã pridẽ p cõem factiõis ſuę fauorẽ cõciliatus eẽt niſi qđ galba p̄ ſe tulit nullos minus metuẽdos q̃ q de ſolo uictu cogitarẽt:ac poſſe ꝓuicialibus copiis ꝓfundã eius expleri gulã:ut cuiꝰ euidẽs ſit ꝯtẽptu magis q̃ gratia electũ

ciť:ut ſentit Feſtus:qđ in montoſis locis inueniť:mõs enĩ græce oros appellať: diſputatio philoſophoꝝ eſt ap̄ Ciceronẽ & lactãtiũ uir bonus reperiat aliquẽ qui aurichalcũ pro auro uẽdat:tacere ne debeat ut id ꝑuo emat an id indicabit ut magno:qđ ſi ſcelus iudicať nõ idicare:q̃to ſceleratius uideri debet pro auro aurichalcũ ſuppoſuiſſe:qđ fecit uitelius.ſcribũt iuriſcõſulti titulo de pignoratitia actiõe:ſiqs in pignore ꝓ auro æs ſubieciſſet furti teneri i libro Βαδιλεοу traditũ eſt:oĩa uaſa fuiſſe de aurichalco: q̃ fecit hiran ſolomoni in domo domini:dicimus aurichalcũ & orichalcũ idifferẽter:ſicut ploſtrũ & plauſtrũ:cotes cautes ob eã:q̃ eſt inter au.&.o.cognationẽ tranſmutationẽ ue ſicut ecõtra dixerũt auſculũ pro oſculũ. Petroniã:huius petroniæ meminit tacitus uideturq; ſentire factũ fuiſſe diuortiũ iter uiteliũ & patroniã:cũ dicat eã mox a Dolobella in matrimoniũ acceptã fuiſſe. Petroniũ:antiq ruſticos uocauere petrones a petrarũ aſperitate & duritia:hinc Plautus petronẽ ueruecẽ duriorẽ eleganter petronẽ dixit:ubi ait in captiuis:q petroni nomen indunt uerueci ſectario:ego ſi in uia petronẽ publica cõſpexero & petronẽ & dominũ reddã mortales miſerrimos:a petrone petronius iclinari põt:de quodã altero petronio ſcripſit Tacitus:qui uiciis factus eſt inter paucos Neroni familiaris:mox ab eodẽ mori iuſſus uenas incidit:huic dies per ſomnium : mox officiis & oblectamẽtis uitæ trãſigebantur. Captũ altero oculo:Martialis eũ cui deſiit alter oculus:quem uulgo luſcũ dicimus:elegãti uocabulo defioculũ appellat. Si de ptãte p̄ris exiſſet:f liꝰ exit de p̄ria ptãte p emãcipationẽ titulus ẽ ap̄ iuriſcõſultos qbus modis ius patriæ ptãtis ſoluiť ex cõſtitutiõe iuſtiniãi impatoris digni tas patriciatus filiũ liberat a p̄ria ptãte. Manu emiſit:p emãcipationẽ exemit p̄ria ptãte. Interemit:facinus ifãdũ & uix credibile:ꝙ p̄r filiũ iteremerit:fecit tñ hoc idẽ flagitioſiſſimus ille Catilina:q ut hiſtorici ꝓdiderunt necaro filio domũ uacuã fecit ſceleſtis nuptiis.cũ aurelia horeſtilla cuius amore tenebatur illi nubere dubitaret timẽs priuignũ ex hoc faciore aĩus catiliæ diis hoĩbuſq; ifeſtus ex cõſciẽtia uexebať neq; uigiliis neq; qetibus ſedari poterat:philippus quoq; macedonũ rex molitor necis demetrii filii fuiſſe ferť: ap̄ barbaros ꝑſas rex artoxerxes iteremit filios ſupra qnquagĩta:quos i patrẽ cõiuraſſe cõperat. Inſimulatũ:accuſatũ. Parricidii:tãq̃ patrẽ uenẽo necare uoluiſſet. Ex cõſciẽtia:qđ cõſcius tãti ſceleris:quod in patrẽ moliebať:ipſemet hauſerit uenenũ. Galeriã:galeriæ mẽinit Tacitus:quã ait ꝓtexiſſe trachalũ othonianũ ap̄ martiũ uiteliũ aduerſus criminãtes. Prætorio p̄re:cuius p̄r p̄turã geſſerat. Tulit:procreauit. Titubãtia oris:ipedimẽto liguæ & heſitãtia. In iferiorẽ germaniã:ad differẽtiã ſuperioris germaniæ nominauit iferiorẽ:Ptolemæus germaniã paruã noĩat & magnã:de qbus ſupius ſatis ac ſup. Titi iunii:de potẽtia titi iunii ap̄ prĩcipẽ galbã antea dictũ ẽ. Suffragio:fauore. Factionis:ſuæ fauorẽ:alii codices habẽt fauorẽ:ut intelligas uiteliũ uſum fautore uiteliæ factionis ad cõciliãdã ſibi Titi iunii beniuolentiam.

Petrones
petronius
icidit uẽas
defioculus

Catilina interemit filium
Demetrius iterfectus a phil.patre
L.filii a patre occiſi

M.AN. Stagnũ:pro argento.ſ.ſuppoſuit:nã eius metalli genus quoddã argẽtariũ diciť illitũ ſtagnũ æreis uaſis ſaporẽ gratiorẽ facit:nec qđ miꝝ ẽ põdus auget.Plinius eſt auctor. Aurichalcum:ab auro & ære nomẽ factũ χαλκον græcis æs dicunt. Captũ altero oculo:luſcũ:alterius oculi uiſu priuatũ. Si de ptãte patris exiſſet:ſi emancipatus eẽt. Manumiſit:emãcipauit ut hæreditatẽ adiret. Inſimulatũ filiũ. Parricidii:quaſi ſibi patri neceſſe eẽt machinatus. Ad ſcelus:ad ſe perdẽdũ. Hauſiſſe:petroniũ ipſum. Tulit habuit accepit. Titubantia:linguæ titubatione quũ loq conareť. Cõtra opinionẽ ipſius an uulgi dixerit in dubiũ uenire poteſt:ſed melius id ad uulgus referas. T.Iunii:tacitus titi inqt iunii potentia defenſus p̄texentis ſeruatã ab eo filiam. Et cui.T.ſiue iunio:uel potius galbæ.

PHI. Præ ſe tulit demonſtrauit oſtentauitq;. Quã qui de ſolo uictu cogitarẽt:qui ſummũ bonũ collocant in uoluptate cibaria:hi nihil arduum nihil ſublime meditantur.ſed ueluti demerſi uoluptatum ceno marceſcũt dediti uẽtri & turpiſſimæ pti corpis q̃ uoluptas ut inqt Ariſtoteles in ꝓblematis & li.iii. ethicorum in primis beluina ẽ:ſicut igiť aliena uirtus formidoloſa regibus eſſe ſolet ita deſidia minime metuẽda eſt:& profecto ut inqt ſcienter ſeneca ob aliã cãm nati ſumus:q̃ ut cibũ potionẽq; pcolemus:dixit Hierõymus nihil ſic obruere aĩum ſicut obruit plenus uẽter & exeſtuãs:nec cũ epularũ largitate poſſe ſapientiam copulari.Igiť galba cũ uideret itelliũ helluatiõibus & gulæ deditũ deq; ſolo uictu cogitantem:apte ſignificabat id genus hominũ minime mutuendũ:ne res nouas moliretur affectaretq; imperiũ:& ideo illum præfecit legionibus germanicis. Prouincialibus:copiis diuiciis opulentiiſq; germanorum. Contemptu:magis q̃ gratia.quod magis contemptibilis foret & deſpicabilis apud galbam quam gratioſus & fauorabilis

Voluptas belluina

Satis conſtat exituro uiaticum defuiſſe tanta egeſtate rei familiaris ut uxore & liberis. quos Romæ relinquebat meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem ãni ablocaret: utq; ex aure matris detractum unionem pigneraue rit ad itineris impenſas. Creditorum quidem præſtolantiũ ac detinentium turbam: & in iis ſinueſſanos formianoſque quorum publica uectigalia interuerterat nõ niſi terrore calumniæ amouit. Quum libertino cuidam acerbius debitũ repoſcenti iniuriarum formulam quaſi calce ab eo percuſſus intendiſſet: nec aliter quam extortis quinquaginta ſeſtertiis remiſiſſet. Aduenientem male animatus erga principem exercitus ꝓnuſq; ad res nouas libẽs ac ſupinis manibuſ excepit uelut dono deum oblatum: ter conſulis filiũ ætate

Viaticũ: ſumptũ itinerariũ: qđ græci ephodiõ uocãt. qntus claudius ſcriptor ãnaliũ magnũ uiaticũ nouæ poſuit ꝓ magna facultate & paratu magno. uiaticari ẽ uiaticũ parare. Plautus in menecmis. eſtiue admodũ uiaticati ſumus. diminutiuũ uiatici eſt uiaticulũ. Egeſtate: Cypriãus formauit uel uſurpauit iã formatũ concine & ſciẽter elegãtiſſimũ uocabulũ ab egeſtate egeſtoſum: ſicut a ſobrio ſobrioſum. ſic. n. loquẽs de ſingularitate clericoꝝ inqt. cũ nulla fuerit oportũitas ſcandali ubi trãſeũter qđ peius eſt egeſtoſam habuerit mãſionẽ. Meritorio cœnaculo: ꝓcio conducto: ſupra ãnotauimus: quẽadmodũ cœnacula inqlinis locabanť: q̃ meritoria dñr. & q cœnacula locabãt euq; q̃ſtum exercebãt facerẽ cœnaculariã dicebanť. meritoria. n. dñr habitacula: quæ mercede cõducunť de qbus ĩtellexit Vlpianus ubi ait. igiť tm̃ ad meritoria uel ſtabula non pertinebit uitelius egeſtate ꝑſſus cœnaculũ cõduxit diſceſſurus ab urbe: ut in eo uxor cũ liberis ipſo abſente mãſitarẽt: domũ uero ſuã ꝓcio locauit ut ita cõfecta ſũmula paratoq; uiatico in ꝓuinciã ꝓficiſcereť. Ablocaret: elocaret. Abditis: occultatis reconditiſq;: ſignificat trãqllus uiteliũ in cœnaculo cõducto abdidiſſe occultaſſe ueluti in gurguſtio uxorẽ & liberos: ne dedecoroſã mãſio palã ĩnoteſceret. Detractũ unionẽ: gloria erat fœmiaꝝ ut inqt plinius noſter in. ix. binos ac ternos uniões auribus ſuſpẽdere. idẽ in. xi. de auribus ſcribẽs ait. nec in alia pte fœmis maius impẽdiũ margaritis depẽdentibus. in oriẽte qdẽ & uiris auꝝ geſtare eo loci decus exiſtimať. in hãc ſñiam eſt illud luculẽte dcm̃ a Seneca ſeueriſſimo romãæ luxuriæ caſtigatore in ſexto de beneficiis. uideo uniões bina ac terna ꝑrimonia auribus ſingulis pepẽdiſſe. notiſſimũ eſt illud exẽplũ cleopatræ luxus: q gerebat auribus duos uniões oĩum maximos p oẽ æuũ: quoꝝ alteꝝ detractũ merſit aceto ac liqfactum abſorbuit: ornamẽta auriũ inaures appellãt. in exodo ait arõ: tollite ĩaures aureas de uxoꝝ filiorũq; & filiaꝝ uraꝝ auribus & afferte ad me: Pli in. ix. in eadẽ uilla Antonia druſi murenæ quã diligebat ĩaures addidit. ſcæuola iuriſcõſultus: ut a Paulo relatũ eſt titulo de aureo & argẽto legato: cũ inaures qdã in qbus duæ margaritæ elẽci & ſmaragdi duo: legaſſet & poſtea elẽcos eiſdem detraxiſſet & quæreret an nihilominus detractis elẽcis inaures deberenť: reſpõdit deberi ſi maneãt inaures q̃uis margaritæ his detractæ ſin. ſed ne te turbẽt uerba iuriſcõſulti in qbus mõ margaritæ modo elẽci memoranť. ſcito elẽcos appellari margaritas ꝓceriores faſtigiata lõgitudine: ut docet Plinius noſter. ex quo ſenſu exiit illud ſatyrographi. auribus extẽſis magnos commiſit elencos. eſt quodã genus inauriũ: qđ antiqtas ſtalagmiũ noĩauit cecilius ex auro eius ſtalagmiũ domi hẽo. Vnionẽ: plinius ſolinuſq; notificãt uniões dici margaritas ab eo: qđ nulli duo repianť ĩdiſcreti. unde nomẽ unionũ romãæ. ſ. ĩpoſuere delitiæ. dos oĩs unionũ eſt in cãdore magnitudine orbe læuore & põdeř.

Pignerauerit: pignerare & oppignerare eſt rẽ pignori dare: ſicut repignerare ſignificat pignus recipe ꝑſoluto ꝓtio. iuriſcõſultus titulo cõmodati nõ repignoras ut mihi reddas. martialis. oppignerauit ad claudii mõ mẽſam uix octo nũmis ãnulos uñ cœnaret. ĩde pignoratũ dicius id qđ pignori datũ ẽ. de pignoratia actiõe titulus eſt apud iurecõſultos. Creditoꝝ poſtulantiũ: petẽtiũ a uitelio creditã pecuniã. creditoꝝ appellatione ut ait Caius iuriſcõſultus nõ hi tm̃ accipiunť q pecũiam crediderũt: ſed oẽs oẽs qbus ex aliqua cã debetur. qdam codices hẽnt. creditoꝝ ꝑſtolantiũ. qđ nõ diſplicet: ut id referas ad creditoꝝ cõſuetudinẽ: q debitorẽ expectare conſueuerũt in loco quẽ freqntat. cui ſñæ cõuenit illud ſatyrici poetæ: multos porro uides quos ſæpe eluſus ad ipm creditor ĩtritum ſolet expectare macelli. Detinentiũ: ſicut olim creditores cæſarem detinuerũt parantẽ iter in hiſpaniã: quos interuentu ſponſoꝝ remouit. Et in iis: creditoribus.

M. AN. Præ ſe tulit: oſtendit cõfeſſus eſt: ꝑ ſe ferre. n. eſt dicto factoue & ipſa ſtãti frõte q̃lem opinionẽ de aliqua re aut hoĩe hẽas cõfiteri. De ſolo uictu: ut uitelius. Cõtẽptu: uilipẽdio quodã. Exituro: uitellio. Egeſtate: ĩopia. Meritorio: cœnaculo ĩdifferẽter locari ſolito. Abditis: occultiore & minus illuſtri loco cõſtitutis: ne turpis ſuoꝝ inqlinatus ĩnoteſceret. Oblocaret: Aliis locãdã curaret. Ex aure mřis pli. de margaritis: paꝝ. ſ. fuerat in gulas cõdi maria: niſi manibus auribus capite: toto corpe a fœminis iuxta uiriſq; geſtarentur: & rurſus gerebat cleopatra auribus tum ſingulare illud & uere unicũ nature opus. Vnionem: grandiorem margaritam. Pignerauerit: in pignus dederit unde repignero pro eo quod eſt aliẽo ære perſoluto: pignus recipio.

PHI. Sinueſanos: ĩ ſaltu ueſtio phalernũ cõtingẽte agꝝ ſynope dř græca urbs fuiſſe ſinueſſa deinde a romãis colõis appellata. auctor Liui. l. x. apud ſinueſſam aq ſalubres medicatæq; fuerũt. ĩde ſcribit Taci. narci

uiaticum
Ephobion
uiaticari
uiaticulũ
Egeſtoſus
Sobrioſus
Cœnacula
meritoria
uniones in auribus
uniones
cleopatræ
Inaures
Elenci
Locus Iuuenalis
Stalagmiũ
uniões uñ
repignerař
creditores
ſinope ſinueſſa aquæ ſinueſſanæ

integra facili ac ꝓdigo animo. Quã ueterẽ de ſe pſuaſionẽ Vitelius recẽtibus etiam de ſe experimẽtis auxerat tota uia caligatorũ quoqꝫ militũ obuios exoſculãs:per quæ ſtabula & diuerſoria mulionibus ac uiatoribus præter modum comis, ut mane ſingulos iam ne ientaſſent ſciſcitaretur, ſeqꝫ feciſſe ructu quoqꝫ oſtenderet.

ſum Claudii libertũ ualitudinẽ aduerſa correptũ prexiſſe ſinueſſam refouẽdis uiribus molicia cœli & ſalubritate aquaꝝ. Strabo in quĩto de ſinueſſa ſic refert ſinueſſa in ſetino ſita eſt a ſinu. a quo nomẽ uẽdicat.ei ꝓxĩæ calidæ ſũt balneæ ad egritudines q̃ſdã accõmodatiſſimæ. Formianos:ſcribit Strabo in.v.oppidũ formias eẽ maritimũ ultra terracinã:quas prius hormias ab op...ſ.i. ſtatiõis bõitate appellabãt.formias cõdidere lacões mamurra ille pfectus fabroꝝ dictatoris Cæſaris in gallia fuit formiãus ideoqꝫ catullus taxare uolẽs mamurrã una cum cæſare dixit urbana altera & illa formiana. Oratius formias appellauit urbẽ mamurraꝝ ſic ſcribẽs ĩ ſermõibus.in mamurraꝝ laſſi deĩde urbe manemus. Interuerterat: ĩtercepat ĩ priuatos uſus uerterat abſumpſerat ſaudauerat.Plautus in aſinaria:quem ĩteruertã:quo hãc celoci cõferã.refert. A.Gellius cõdẽnatũ furti colonũ:q fundo:quẽ cõduxerat : uendito poſſeſſiõe eius dñm ĩteuertiſſet. Terrore calũniæ.calũniã putat Priſciãus deriuatã eſſe ab hoc uerbo caluor qđ ſignificat decipe & fruſtrari:quo utiť Plautus in caſina.nã ubi domi ſola ſum ſopor mãus caluiť uitelius terrore calũniæ amouit abegitqꝫ creditores dũ illis iniicit metus calũniaꝝ. Acerbius debitũ repoſcẽti:iniq debitoris ẽ ut inqt elegãter Seneca creditori facere cõuitiũ:q̃uis lex gẽtiũ ſit:redde quod debes.

Formiæ unde Formianus mamurra. Interuerterat. Calũnia Caluor. Redde qđ debeſ

Iniuriaꝝ formulã:hæc ẽ calũnia.titulus ẽ apud iuriſcõſultos de iniuriis:formulã iniuriæ ĩtẽditſ:q ſecundũ præſcriptũ legis actionẽ parat iniuriaꝝ. Quaſi calce ab eo pcuſſus:iniuriã fieri labeo ait re aut uerbis quotiẽs mãus nõ inferunť ut cũ cõuitiũ fit.atq iniuria hæc uiteliana neqꝫ mãibus facta ẽ neqꝫ uerbis:unde uidebiť labeõis diffinitio nõ ſatis eſſe abſoluta:cũ etiã pedibus iniuria fieri poſſit:quæ cõprẽſa nõ ẽ iuriſcõſulti ſnĩa.fuit ergo noua iniuriaꝝ formula:q̃ uitelius libertinũ creditorẽ ẽ ĩſectatus. Extortis : abſtractis & q̃ſi p uim expreſſis. Remiſiſſet:formulã actionẽqꝫ iniuriaꝝ cõdonaſſet. Erga prĩcipẽ: galbã. Supinis mãibus:inditiũ eſt beniuolẽtiæ & deſiderii:cũ ſupinis mãibus ſublatiſqꝫ aliquẽ excipimus. pterea ſupinis manibus deos adorare ſolemus oratius cœlo ſupinas ſi tuleris mãus & maro. tẽdoqꝫ ſupinas ad cœlũ cum uoce manus. Ter cõſulis filiũ:Tacitus.aderat uitelius cenſoris uitelii ac ter cõſulis filius.id ſatis uidebať.

Iniuriam fieri re & uerbo. Supine manus in adoratione.

Aetate ĩtegra:ĩtegra ætas diciť iuuẽta:in q̃ robur uiuidũ & ſanguis adhuc ĩteger ẽ:q ætate in ſeniũ uergẽte minuiť.unde in ſenibus tremor ẽ.hinc cecinit poeta uos o qbus ĩteger æui ſanguis ait idẽ alio loco atqꝫ ĩteger æui Aſcanius:ubi expoſuit Seruius adoleſcentẽ ſignificari:cui adhuc ætas ĩtegra ſupeſt. ennius deos æui ĩtegros dicit:qbus multũ æui ſupeſt.ſupra dixit Trãqllus.in auguſto neqꝫ ætate neqꝫ corpore ſatis integri. Prodigo aĩo:& ſi ꝓdigalitas uitiũ ẽ tamẽ amabile eſt.& ꝓdigus melior eſt q̃ auarus.multis.n. ꝓdeſt: cũ auarus nemini nec ſibi qdã ipſi ꝓſit.& cũ liberales maxime oĩum ut inqt Ariſtoteles in ethicis diliganť merito ꝓdigus uitelius fuit acceptus militibus:cũ ꝓdigalitas liberalitatẽ imiteť:& plerumqꝫ luxuria ſpecie liberalitatis ĩponat.fallit.n.uitium ſpecie uirtutis & umbra. Caligatoꝝ quoſqꝫ:laudat Ci.in ĩperatore facilitatem comitatẽqꝫ.is.n.imprimis carus eſt princeps:qui facilitate infimis par eſſe uideatur: ad quem faciles aditus ſint etiã humilimorum & uiliorum.igitur uitelius cum per comitatem quandam & affabilitatem milites & caligatos:qui uiliores ſunt exoſculareť:merito auſit perſuaſionem benignitatis facilitatiſqꝫ: quam de ſe iampridẽ cõcitauerat.de caligatis militibus a caliga dictis & clauis caligaribus non indiligenter memoraui in ſuperioribus. Perqꝫ ſtabula:ſtabulum non ſolum ſignificat receptaculum æquorum & iumentorum ut uulgo dicitur:ſed etiam accipiť ꝓ caupona & ꝓ hoſpitio.inde ſtabularii: de quibus titulus eſt apud iuriſconſultos dicti:qui exercent ut ita loquar ſtabulariã:& muliones uiatoreſqꝫ accipiũt.Apuleius:quod primum ingreſſui fuerit ſtabulum prandio participabo.iuriſconſultus titulo pro ſocio uiatica meriorioru m & ſtabuloꝝ ait recte imputaturũ ſi quis ex ſociis iter fecerit.

Integra ætas. Integer eri. Prodigus. melior auaro. Prodigalitas imitatur liberalitatem. Stabulũ. Stabularii.

M.AN. Sinueſſanos:a ſinueſſa urbe.Pli.ſinueſſa extremum in adiecto latio:quam quidam dixere ſincopem uocitatam. Formianos:a formiis:& ipſe latio.idem auctor:Formiæ antiqua leſtrigonum ſedes. Interuerterat:ſic Tacitus in eandem ſnĩam ipſe abunde ratus:ſi præſentibus frueretur : nec in longius conſultans nouies milies ſeſtertium pauciſſimis diebus interuertiſſe creditur. Terrore calumniæ : niſi ſe calumniæ cum illis acturum ĩterminatus abſterruiſſet. Iniuriarum formulam : iniuriarum quærelam ſiue æſtimationem. Intendiſſet.quaſi ab eo calce percuſſus eẽt calumniã affinxiſſet. Remiſiſſet iniuriæ actionem. Male animatus:odio in principem affectus:ac per hoc male cogitans. Ter conſulis:L. uitelii q ter conſul fuerat. Facili:tractabili. Prodigo : non parco & auaro ut Galba. Experimentis: prodigalitatis exemplis. Caligatorum quoſqꝫ:quocunqꝫ galigatos ac per hoc gregarios milites.

Comis

PHI. Diuerſoria:hoſpitia.& caupõas:ad quas uiatores itinere feſſi diuertũt. Comis : benignus facilis. de comitate uitelii & ꝓdigo aĩo:tacitus hæc uitelius apud ſeueros humilis.ita comitatẽ bonitatemqꝫ fouẽtes uocabãt:qꝫ ſine mõ ſine iudicio dõaret ſua largireť aliena ſimul auiditate ĩperãdi ipſa uitia ꝓ uirtutibus ĩterpretabanť. Mane:hora matutina. Ientaſſent:ſumpſiſſent primũ cibũ:ientare.n.ẽ ieiuna adhuc aĩa matutinũ cibũ cape.Afranius hæc ieiuna ientauit.ĩde iẽtaculũ diciť guſtulũ ſiue deguſtatio matutina

Ientare Ientaculũ

De aſſũptiõe ei9 ad pricipatũ fcã i caſtris:& aliis geſtis ei9.



CAſtra uero igreſſus nihil cuiquã poſcenti negauit atq; ultro ignominioſis notas:reis ſordesq;: dãnatis ſupplicia dempſit. Quare uix dũ menſe tranſacto neq; diei neq; temporis habita ratione:ac iam ueſpere ſubito a militibus e cubiculo raptus ita ut erat in ueſte domeſtica imperator eſt cõſalutatus:Circumlatuſq; per celeberrimos uicos ſtrictũ diui Iulii gladiũ tenẽs detractũ delubro. Martis:atq; in prima gratulatione porrectum ſibi a quodã

ut ait placiades. uulgus uocitat collationẽ:qđ nõ ſine rõne dictũ uideri põt:cũ ſymbolũ qſq; conferre ſoleat & ita ex collatiõe facta ꝓ rata ientare. Ructu:ructus ĩprimis ĩdicat ieiuni ne ſimus an cibo uinoq; diſtẽti.ſtoicis placet ructus æque liberos eſſe oportere ac uẽtris crepitus.eſt aũt ructus ut docet Ariſtoteles in ꝓblematis expiratio uentriculi:ſicut crepitus eſt alui & capitis ſternutamẽtũ.lucilius exhalat placidos tũ demũ pectore ructus. Antiq & ructo & ructor dixerũt ĩ eadẽ ſignificatiõe Martialis:Ructat adhuc aprũ calida roma meũ.Oratius hic dũ ſublimis uerſus ructať & errat.a ſidonio apollinari per q̃ elegãter dicta eſt ructuatio eſculẽta:quæ fit ab hoĩe ſaturo.raphanũ.ait Plinius ĩ.xix.cibũ eſſe illiberalẽ.propterea ꝙ uim habet laxãdri ructũ. A.Gellius uinũ appellat eructũ ab eructãdo ĩtelligi uolẽs ignobile & aſpernabile:ueluti floces.ita enĩ appellãt uini fecem ex uinaceis expſſam. a ructu fit ructuoſus q eſt plẽus ructu.clariſſima eſt illa & atrox. M.Celii in.M.Antonium exprobratio. nãq; ipſum offenderunt temulẽto ſopore profligatũ totis præcordiis ſternentẽ ructuoſos ſpiritus gemiare. Notas:notæ appõi ſolent his q ignominia fuerint notati.unũ Vitelius tales notas demebat.ignominioſis & ignominiã remittebat. Cor. Ta. redditi a Vitelio pleriſq; ordĩes remiſſa ignominia:alleuatæ notæ. Reis ſordes:moris ẽ ut rei ſordidati ſint hoc eſt ueſte ſordida in publicũ progrediantť:barbã capillũ ue ſummitãt:quod & idẽ affinibus reorũ facere licebat.uitelius:ut omne genus hominũ demereretť reis dempſit ſordes ſordidũ.ſ.ſqualẽtemq; habitũ & cultũ. Aphricãus minor cum eẽt reus neq; barbã radere deſiit neq; nõ cãdida ueſte uti:neq; fuit cultu ſolito reoꝝ. Supplicio:ne ſupplicio afficerẽtur legibus cõſtituto. Veſpere ſubito a militibus: Vitelius primũ a fabio ualẽte unius legionis duce imꝑator ſalutatus ẽ & cũ eẽt cibi uiniq; meridiãi plenus aſſenſit uolũtati militũ a qbus germanicus ẽ noĩatus. Cæſaris uero nomẽ recipere noluit.auctor plutarchus.refert.Cor. Ta.exercitũ ſuperioris germãiæ calẽdis ianuarii dirupiſſe imagines galbæ tumultuariq; cœpiſſe:cuius turbatiõis atq; flagitii ſpectator aderat ordeõius flaccus legatus cõſularis:nõ auſus cõpeſcere mẽtes nõ retinere dubios non cohortari bonos. ſed ſubſtitit ſegnis pauidus & ſocordia ĩnocẽs.quatuor cẽturiones cũ ꝓtegerẽt galbæ imagines ĩpetu militũ abrepti uinctiq; ſunt. Noctæ quæ:Cal.ianuarias ſecuta eſt ĩ coloniã agrippinẽſem aqlifer quartæ legionis epulãti uitelio cũcta nũciauit.tũc miſſi ſũt a uitelio ad legiões legatoſq; : q deſciuiſſe a galba ſuperiorẽ exercitũ nũciarẽt.Die ꝓximo fabius ualẽs legatus coloniã agrippinẽſem igreſſus imperatorẽ uiteliũ cõſalutauit.ſecutæ ſũt ingẽti certamine legiones eiuſdẽ ꝓuĩciæ. In ueſte domeſtica:qua.ſ.domi ueſtiri ſolemus exuta toga forẽſi.tales ueſtes ſolẽt eſſe uiliores cũ forẽſia ſint ꝑcioſiora.Dixit portius cato.ueſtiri ĩ foro honeſte mos erat.domi.qđ erat ſatis.De hac ait ſeneca ĩ libro de trãquillitate uitæ ſic ſcribẽs.placet ueſtis domeſtica & uilis nec ſeruãda nec ſumẽda ſollicite. Celeberrimos uicos:ĩ germãia. Strictũ:eductũ nudatũq;. Diui iulii:quẽ Iulius Cæſar dictator olim geſtauerat:q mox fuerat ĩ tẽplo martis ſuſpenſus a germãis. ſtrabo ĩ.iiii.geographiæ meminit cuiuſdã gladii:quẽ galli detractũ Cæſari ſuſpẽderũt ĩ tẽplo.refert plutarchus ĩ Cæſare aruernos galliarum populos ſuſpenſum in templo gladium monſtrare tanq̃ captum ex Cæſare ſpoliũ quem is poſteriori tempore conſpicatus riſit:cunq; detrahere illum amici iuberent nequaq̃ permiſit:quod rem ſacram exiſtimaret in hoc loco ſignificať alius Cæſaris glaudius:qui erat apud germãos in templo martis dicatus:cum ille fuiſſet apud gallos.

De ructu. Ructo. Ructor. Ructuatio eſculentia. Vinum eructum. Rei ſordidati. Salutatus impator. Veſtis domeſtica. Gladius cæſaris in templo.

M.ANTO. Comis:phumãus affabilis. Ientaſſent:an matutinũ ſumpſiſſent cibũ:nã ientare ieiunorum eſt:Plautus:Nec ieiuna ientauit.M.Surgite iã pueri uẽdit iẽtacula piſtor:a iẽto iẽtaculũ eſt:qđ græci ακρατίσμον uocãt. Ructu:ſubita ſpũs ruptatiõe. Ignominioſis:ignominia aliq̃ notatis. Reis:futuro iudicio quoquo modo obnoxiis. Sordes:ſqualorẽ habitũq; miſerabile. Dãnatis ſupplicio:aut multæ dãnationi addictis. Tranſacto menſe:ex quo in prouinciã uenerat. Neq; diei:religioſus ne an alter eẽt:an ad agendũ idoneus. Neq; tẽporis:an ſydera & auſpicia uetarẽt quaſi dicat ea q̃ auſpicato fieri cõſueſſent te-

mere fierét:aut certe tpis rationé minime habitá dixit.qa cũ iá aduespaſſet impator ſit ſalutatus ſed prior ſnia uerior. Vicos:urbis. Diui iulii.C.Cæſaris dictatoris. Detractũ delubro Martis:ĩ quo fuerat ſuſpẽſus. Plu.aruernos ĩ téplo gladiũ.C.Cæſaris tanq̃ ſpoliũ ſuſpéſum habuiſſe ait.in quo poſtea a Cæſare cõſpectũ ferunt illũ riſiſſe:ac eos q pxime ſteterát auferre ĩde conatos ob religionem inhibuiſſe.

nec ante in prætoriũ rediit q̃ in flagrante triclinio ex conceptu camini:tum quidé conſternatis:& quaſi omine aduerſo anxiis omnibus:inqt:bono animo eſtote:nobis alluſit:nullo ſermõe alio apud milites uſus cõſentiéte deinde ẽt iam ſuperioris puinciæ exercitu:qui prius a Galba ad ſenatũ defecerat cognomen germãici delatũ ab uniuerſis cupide recepit Auguſti diſtulit.Cęſaris in perpetuum recuſauit.

De progreſſu eius uerſus urbem contra Othoné & quibuſdam prodigiis.

AC ſubinde cęde Galbæ annũciata cõpoſitis germanicis rebus partitus é copias:quas aduerſus othoné pmitteret:quaſq; ipſe pduceret:Pręmiſſo agmine lętũ euenit auſpiciũ:ſiqdé a parte dextra repente aquila aduolauit:luſtratiſq; ſignis.Ingreſſos uiá ſenſim anteceſſit.

Auguſtale

caminus

PHI. In ptorio:in tabernaculo:quod ut alibi diximus auguſtale noiamus. Triclinio:cœnatiõe:ſiue cœnaculo. Camini:cũ caminus ipſius triclinii flámá cõcepiſſet κάμινον græci fornacé uocát.illud ex libro danielis uel uulgo ſatis notum eſt de tribus pueris cõiectis in caminũ.i.ĩ fornacé:ubi græce ſcr ptũ eſt.ὑπηρέται τοῦ βαςιλέωσ καίογτεσ την κάμινον ναφθῆ καὶ πίσσῃ.καὶ στυπείῳ καὶ κληματίδι.i.miniſtri regis ĩcédentes caminũ hoc eſt fornacé. Naphtha & pice & ſtupa & ſarmento.ſed ĩ hoc tráqlli loco camĩus nõ tá ſignificatur fornax:quá locus ĩ cœnatiõe:ubi fit ignis ſicut & uulgo uſurpat.Cicero in epiſtola quadá ad atticũ. luculento camino utẽdũ céſeo:notiſſimus eſt ille oratiáus uerſus in hãc ſniam.p brunam tyberis ſextili menſe caminus iuriſcõſulti titulo de ſeruitutibus pdiog heliocaminũ appellant locum oſtentũ ſoli & ſole caleſcété.a camino deriuat caminatus:ad ſimilitudiné camini formatus.Plinius in ſeptimodecimo.ſcrobes ubiq; caminata foſſura oræ cõpreſſiore ſint. Conſternatis:cõterritis. Omine aduerſo:noxio maloq; prodigio. Nobis alluxit:nobis lux iſta fœlicitaté claritudinéq; denũciat:ĩterpretatus eſt uitelius prodigiũ flammæ caminiq; flagrantis ſibi portendere fulgorem imperatorium:ſicut olim Darius perſag rex ex ſomnio pſagiũ cœpit futuræ claritudinis.ná cũ ſomniaſſet caſtra alexandri magno ignis fulgore collucere:uates interptabant lætũ id regi ſomniũ eſſe:quod caſtra hoſtiũ arſiſſent:ſed q rem diligentius penſitarũt augurabant illuſtria macedonũ caſtra uiſa fulgoré Alexádro portédere. Superioris puinciæ:ſcribit Plutarchus exercitũ qui erat in germania ſuperiore euertiſſe imagies galbæ:& ad uitelium qui inferiori germaniæ perat aberatq; itinere unius diei:ſe cõtuliſſe. Cognomé germanici:plutarchus tũc ferunt uiteliũ cum eſſet cibi & uini meridiani Plenus acceſſiſſe ad milites:a quibus eſſet germanicus noiatus cæſaris uero nomen haud admiſiſſe.& ita quidem appellatus eſt in germania imperator uitelius. Auguſti ſcilicet cognomen. Cæſaris.itidem cognomen:ſcribit Tacitus uiteliũ pmiſiſſe in urbé edictũ quo auguſti uocabulũ differt cæſaris nõ reciperet:cũ de poteſtate nihil detraheret.Conſimiliter ait nomine germanici uitelio ſtatim addito Cæſarem ſe appellari etiam uictor prohibuit. Subinde:mox deinde. Partitus eſt copias:uitelius duos duces duo itinera bello deſtinauit.nam fabius ualens italiam ex cotianis alpibus rumpere iuſſus cũ exercitu.Cecinne triginta milia armatog data:cum quibus per apenini iuga deſcenderet.ſuas quoq; Vitelius copias ſuppleuit tota mole belli ſecuturus. A parte dextra aquila:quædá aues auſpiciũ faciunt ratum a ſiniſtra:ut cornix quædam a dextra ut cornus & aquila.& ut auctor eſt Seneca in.ii.queſtionum:aquilæ honor datur ut magnag reg faciat auſpicia.huius augurii hiſtoriæq; meminit Tacitus his uerbis.lætũ auguriũ Fabio ualenti exercituiq;:quem in bellũ agebat ipſo profectionis die.aquila leni meatu:prout agmen incederet:uelut dux uiæ præuolauit:longumq; per ſpaciũ is gaudentiũ militũ clamor:ea quies:interrita ea ales fuit:ut haud dubium magnæ & proſperæ rei omen acciperetur. Luſtratis:uolatura circuitis alias expiatis.luſtrare enim ſermo polyſemus eſt id eſt multa ſignificans:& in primis ſignificat circuire. Virgilius luſtrat auentini montem luſtrare dicimus ſcortari a luſtris.Plautus luxantur luſtrantur comœdunt quod habẽt.luſtrare quoq; expiare eſt.unde luſtratus expiatus dictus.luſtrare eſt ſeq patefacere pſpicere. Signis romanis:in quibus principatum habet aquila:quæ feſtis diebus apud ueteres inungebant:quam luxuriam caſtigat Plinius in.xii.

Heliocaminus

Caminata foſſura

Somniũ darii

Caſtra alexandri ardere

Germanicus appellatus

uitelius

A dextra a ſiniſtra auſpicia

Aquila puolauit

Luſtrare

M.AN. Flagrante:ardente. Conceptu camini:incendio.ſ.q; caminus primo contraxiſſet. Omĩe:oſtẽto. Inquit:Vitelius. Nobis alluxit:lux nobis oblata eſt ad nouæ fortũæ ſplendorem alludens. Superioris prouinciæ:germaniæ ſuperioris quũ ipſe in inferiorem eſſet. Defecerat:de huiuſmodi defectiõe ĩ Galba affatim. Germanici:quia in germania fuiſſet imperator cõſalutatus. Auguſti diſtulit:quaſi poſtea recepturus. Aqla:regia auis:& quæ in romanis fuit ſignis. Luſtratis:uolatu circuitis:ſic futuram præmiſſi cum Cecinna agminis uictoriam portendit.

PHI. At cõtra:quemadmodũ auſpiciũ fauſtũ factũ eſt ualẽti & copiis a uitelio præmiſſis.Ita ecõtrario ipſi uitelio iam ſe ad expeditionem mouẽti facta ſũt oſtẽta iauſpicata:cũ ſtatuæ equeſtres ipſi dicatæ corruiſſent pluribus locis. Cruribus:equeſtriũ ſtatuaꝝ:eqſtres uero ſtatuæ ut inqt Plinius in.xiiii.romanam celebrationem habẽt orto ſine dubio a græcis exemplo.equeſtriũ ſtatuaꝝ origo per quam uetus eſt: cum fœminis etiam honore communicato.Cocliæ enim uirgini ſtatua equeſtris fuit poſita. Circũdederat:q̃ caput coronauerat. In profluentem:aquam fluuialem. Excidit:ſuapte ſponte cecidit:ex capite in undas profluentes:qđ haud dubie fuit ominoſum. Viẽnæ: ciuitas eſt galliæ narbonẽſis:ĩ agro uiẽnẽſi uina picata naſcebãt. Gallinaceus:gallus gallinaceus. Par reſpõdit exitus:augurium aqlæ factũ cecinæ & ſabio ualenti uitelianis legatis portẽdit illos futuros uictores:ſicut accidit oſtenta uero facta uitelio portẽderũt exitiũ & cladem:quam mox paſſus eſt.gallinaceus enĩ ſupra hũerũ ac deinde capite ſiſtens ſignificauit cõuentuꝝ in alicuius gallicani hoĩs poteſtatem: ſicut res ipſa comprobauit.nã ab Antõio primo aduerſaꝝ partium duce oppreſſus eſt: qui cognomiatus fuit beccus.quod ualet ut infra declarabiť gallinaceũ roſtrum.

Eqſtres ſtatuæ

Cocliæ ſtatua eq̃ſtris

Vina picata uiẽnæ

At cõtra ipſo mouente ſtatuæ equeſtres:quum plurifariã ei ponerentur fractis repente cruribus pariter corruerunt: & laurea quã religioſiſſime circundederat in profluentẽ excidit. Mox Viennę pro tribunali iura reddenti gallinaceus ſupra humerum:ac deinde in capite aſtitit. Quibus oſtẽtis par reſpondit exitus:nam confirmatum per legatos ſuos imperium per ſe retinere non potuit.

De geſtis p eũ poſt mortẽ Othõis:& reditu eius ad urbem.

DE bebryacẽſi uictoria:& Othõis exitu quũ adhuc in gallia eẽt audiit. Nihilq̨ cũctatus qcqd p̃torianarũ cohortiũ fuit:ut peſſimi exempli uno exauctorauit edicto iuſſas tribunis cadere arma:centũ autẽ atq̨ uiginti:quoꝝ libellos Othoni datos inuenerat expoſcentiũ p̃miũ ob editã in cæde galbæ operã cõquiri:& ſupplicio afſici iperauit:egregie prorſus atq̨ magnificæ:& ut ſũmi principis ſpẽ oſtẽderet niſi cætera magis ex natura & priore uita ſua q̃ ex impii maieſtate geſſiſſet. Nãq̨ itinere inchoato p medias ciuitates ritu triumphãtiũ uectus eſt perq̨ flumina

De bebryacenſi uictoria. Quã apud bebryacum deuictis othonianis adepti fuerant uiteliani Cum adhuc in gallia eſſet:ait. Tacitus uiteliũ pgreſſum iter paucoꝝ dierum proſperas apud bebryacũ res ac morte othõis cõcidiſſe bellũ accepiſſe. Quicquid prætorianaꝝ cohortiũ:quotquot milites aderãt exhortibus prætorianis:eos Vitelius exauctorauit priuauitq̨ armis inſignibuſq̨ militaribus:p inde ac othoniani forẽt nõ uiteliani.eteni a prætorianis galba fuerat deſtitutus & Otho creatus ĩperator.

Vt peſſimi exẽpli:peſſimũ exemplũ p̃buerant prætoriani erga imperatorẽ dũ deſerũt galbam:& Othonem ipſi ſine ſenatus populiq̨ auctoritate faciũt imperatorẽ:Igiť ne in poſterũ milites talia auderent ĩ pricipem uitelius prætorianos exauctoratos iuſſit arma tradere tribunis.Ita Cæſar apud Lucanũ ſeditioſos & deſertores militiæ arma reddere iubet.ſic enim inqt:uadite meq̨ meis ad bella relinqte fatis.inueniẽt hæc arma manus uobiſq̨ repulſis tot reddet fortũa uiros:quot tela uocabũt. Centũ uiginti quorum libellos: Cornelius Tacitus rem explicat his uerbis.plures q̃ centũ & uiginti libellos præmiũ expoſcẽtiũ ob aliquã notabilem illa die operã Vitelius poſtea inuenit:oẽſq̨ cõquiri & ĩterfici iuſſit:nõ honore galbæ ſed tradito principibus more:munimentũ ad præſens in poſterũ ultionẽ Plutarchus quoq̨ tradit multos:q re uera homicidæ nõ fuerãt tanquã ipſi galbã occidiſſent:manus enſeſq̨ cruẽtos Othoni oſtẽtaſſe:a quo p̃mia expoſcebãt per libellos:itaq̨ centũ poſtea ac uiginti inuenti ſunt ex libellis petitoriis:quos uitelius requiſitos oẽs occidit. Ex natura & priore uita ſua:natura uitelii & prior uita fuerat defamatiſſima & omnibus probris maculoſa:unde apud Tacitũ ait Mutianus ad Veſpaſianũ.nec mihi maior in tua uigilantia parſimõia ſapientia fiducia eſt:q̃ in uitelii torpore inſcitia ſæuitia.igiť uitelius repente rediit ad ſe mores ſuos:quia naturam mutare difficile immo impoſſibile eſt. Per medias ciuitates:quãto magis propiquabat uitelius urbi:tãto corruptius erat iter:immiſſis hiſtrionibus & ſpadonum gregibus & cætero Neronianæ aulæ ĩgẽio Bononiæ ſpectauit gladiatorum ſpectaculum a Fabio ualente editum:nunquam enim ita ad curas intentus erat ut uoluptatum obliuiſceretur.

Prætoriani arma reddunt

Torpor in uitelio & inſcitia

M.AN. Mouente:ex germania proficiſcente. Cruribus equoꝝ:in qbus figuratus ſedebat. Circunderat capiti ĩduxerat. Per legatos:cecinnam & Fabiũ ualẽtẽ. Gallinaceus ſupra hũerũ ad eius exitum:id oſtẽtũ ptinuit:nã in gallici hoĩs poteſtatẽ uenit:cui Becco ĩ pueritia fuerat nomẽ:qđ perinde ualet ac galliacei roſtrũ. Bebryacẽſi:ad bebryacũ parta. Quicqd prætorianaꝝ cohortũ.i.prætorianas oẽs cohortes qppe:quæ galba obtrũcato Othonem imperatorẽ ſalutarãt. Exauctorauit:ſtipendio priuauit. Iuſſas:cohortes. Libellos othoni datos:qbus p̃mia cædis in galbã patratæ ab eo popoſcerãt. Conquiri:ad ſupplicium,ſ.C.illos &.xx.cædis reos. Ex natura:quæ prodiga & incõtinens erat.

delicatiſſimis nauigiis:& uariarum coróarũ genere redimitis. Inter pfuſiſſimos obſoniorum apparatus nulla familiæ aut militis diſciplina rapinas:ac petulantiam omnium in iocum uertens:q non contéti epulo ubiq; publice pbito quoſcunq; libuiſſet in libertaté aſſerebant:uerbera & plagas ſæpe uulnera nonnunquã necem repreſentantes aduerſantibus. Vtq; campos in quibus pugnatũ eſt adiit abhorrentes quoſdam cadauerũ tabem deteſtabili uoce confirmare auſus é:optime olere occiſum hoſté:& melius ciuem: Nec eo ſecius ad leniendã grauitatem odoris plurimũ meri propalam hauſit:paſſimque dimiſit:pari uanitate atque inſolentia lapidem memoriæ Othonis inſcriptum intuens dignum

Nauigiũ cleopatre

PHI. Delicatiſſimis nauigiis:in hoc imitatus uidet luxũ cleopatræ q̃ uétura ad.M.Antoniũ per cydnũ ciliciæ fluuiũ uecta eſt nauigio delicatiſſimo qđ eboratũ fuiſſe pacatus oſtédit:cuius puppis erat aurea:uela purpurea funibus auratis pandebant:remi argẽtei ad fiſtulæ tybiæq; modos agitabantur.ipſa uero regina ſub tentorio aurato requieſcés ad ſimilitudiné ueneris ornata erat.pueri utrinq; collocati cupidinibus perſimiles.puellæ inſignes nereidum & gratiarũ habitu partim gubernacula regebant : partim rudentibus innitebant.ancillæ aũt ripas fluminis cõplebãt uaporibus:itaq; undiq; currebatur ad huiuſcemodi ſpectaculũ. Redimitis:hoc eſt corõatis nauigiis.qdam codices habẽt redimitus tanq̃ uitelius ſignificetur coronatus multifariis coronis.magis quadrat ut ad nauigia referat. Obſonioꝝ cibariorũ:

obſonare

uerbũ uetus eſt obſonare quod ſignificat emere obſonium. Plautus in bacchidibus.paſcite paraſitos obſonate pollucibiliter.i.ſplé dide & laute.hoc.n.ſignificat ad

Pollucibiliter

Pollucibilis

obſonatores

Opſopeus

uerbiũ illud pollucibiliter pollucibilis cœna a Macrobio dicta opulenta & dapſilis:ſup quo uerbo plura alias.obſonatores uero ut in li.annotationum annotauimus ſunt miniſtri q pſunt obſoniis cõparãdis:qbus ut ait ſeneca

Optima obſonia prandii & cœnæ

Dictum Alex.

notitia ſubtilis eſt dominici palati.Cato dixit obſonitauere pro ſæpe obſonauere.græci οψον obſoniũ appellant.inde οψοποιοσ dictus cõcinnator obſonioꝝ.dicebat alex.magnus habere ſe οψοποιουσ βελτίστουσ hoc é coquos optimos artificeſq; ganeatoꝝ cibarioꝝ uidelicet ad prãdiũ nocturnũ iter:ad cœnam uero prãdii pcitaté.ſed id græcæ dulcius ſuauius uenuſtiuſq; eſt πρoσ μεν αριστον την νυκτοπορίαν προσ δε δειπνον την ολιγαριστίαν. Familiæ:imperatoriæ. Nulla.diſciplina:qualis princeps tales aulici ſũt:& ut inqt elegãter epigrãmatarius poeta.Nemo ſuos hæc é aulæ natura potétis:ſed domini mores cæſarianus hét.igit cũ uitelius ſolã gulã uẽtréq; meditaret:merito apud illũ oĩa erãt indiſpoſita temuléter:& ut inqt tacitus puigiliis ac bacchanalibus q̃ diſciplinæ & caſtris prõptiora. Rapinas ac petulátiã e cõtrario peſcenius niger tanta ſeueritate coercuit licétiã militaré:ut ob unius gallinacei direptioné decé cõmanipulones q raptũ ab uno comederãt:ſecuri pcuti iuſſerit:& feciſſet niſi ab oĩ exercitu prope uſq; ad metũ ſeditiõis eét rogatus.tamé iuſſit ut denoꝝ gallinaceoꝝ pcia redderét puinciali addito eo:ut toto in expeditiõe i cõmanipulatiõe nemo focũ faceret:ne unq̃ recés coctũ cibũ ſumerét.ſed pane ac frigidis ueſcerent appoſitis ſpeculatoribus q id curarét.Cæteꝝ de petulãtia & rapinis uitelianoꝝ ſic ſcribit Cor. ta. Diſpſi p municipia & colonias uiteliani ſpoliare rape:ui & ſtupris polluere:In oé fas nefaſq; auidi aut uenales nõ ſacro nõ pfano abſtinebát.Item uires luxu corrũpebant cõtra ueteré diſciplinã & inſtituta maiorũ: apud quos uirtute q̃ pecunia res romana melius ſtetit. Publice:publica ciuitatũ ĩpenſa.ait tacitus exhauſtos principes ciuitatũ apparatibus cõuiuioꝝ:ipſaſq; ciuitates uaſtatas dum explere non poſſunt gulam Vitelii in explebilé. Quoſcũq;:alienos ſeruos. Aduerſantibus:his q phiberét mãcipia a uitelianis aſſeri ĩ libertaté. Repſentantes:ſine cõctatiõe ĩferétes. Cãpos:bebriacéſes. In qbus pugnatũ eſt:uitelius luſtrare oculis cõcipiuit ueſtigia recétis uictoriæ:uidit itaq; fœdũ ac atrox ſpectaculũ ĩtra quadrageſimũ bebriacéſis pugnæ diem.lacera.n.corpora:trũci artus:putres hoĩum equorũq; formæ.Infecta tabo humus uiſebatur.aderãt ualés & cecinna mõſtrãtes pugnæ locos.uulgus quoq; militũ ĩtuebat aggerem armorũ & ſtrues corpoꝝ mirabat.Cõtra erãt quos uaria ſors reꝝ lachrymæ & miſericordia ſubiret.at ipſe Vitelius nõ flexit oculos nec tot milia ĩſepultoꝝ ciuiũ exhoruit:lætus ultro & futuræ ſortis quæ iã ppinquabat ignarus ĩſtaurabat ſacrũ diis illius loci. Tabé:corruptũ ſanguiné & putrediné. Optime olere hoſté : uox uitelia na plane ſanguinaria ac deteſtabilis:quæ nõ abhorret ab illa truculẽta Annibalis uoce:q cũ foſſam ſanguine hũano plenã uidiſſet dixiſſe prodit:o formoſum ſpectaculũ:põt huic uitelianæ uoci execrãdæ cõparari pclamatio illa nepharia uoleſi aſiæ procõſulis:q cũ tercétos una die ſecuri pcuſſiſſet ĩcedens ĩtra cadauera uultu ſuperbo quaſi magnificũ qddã cõſpiciédũq; feciſſet proclamauit o ré egregiã, Fuit eiuſdé uitelii illa quoq; uox ſæuiſſima:qua ſe pauiſſe oculos ſpectata bleſi inimici morte iactauit, Nec eo ſecius:nec ideo minus. Plurimũ meri hauſit:tanq̃ uini odor & hauſtus léiret tetrũ illũ peſtiferũq; odoré ex tabeſcétibus corporibus emananté. Paſſimq; diuiſit:ĩter milites meꝝ partitus é. Memoriæ othonis ĩſcriptũ ait Plutarchus ſe uidiſſe monumétũ othonis:cũ hac breuiſſima ĩſcriptione marci othonis.

Seueritas poſcenii nigri

Rapinæ uitelianoꝝ

Gula uitelii

uoces ſanguinariæ

M.ANTO. Redimitis:ornatis:familiæ domeſticoꝝ. Quoſcũq;:ex alienis ſeruis:q fontem circũſtete rant. Repreſentantes:reſtitutiõis loco ĩferentes. Aduerſantibus:iniuriam pati recuſantibus. Optime

olere:ſuauẽ odorem emittere. Et melius ciuem:ſuauis ciuis cadauer eaq; fuit uox illa deteſtabilis:q̃ ſuos cõfirmare eſt auſus. Nec eo ſecius:nec ob id minus. Diuiſit:meꝝ.ſ.militibus. Vanitate uerborũ.

eo mauſoleo ait:pugionemq; quo ſe is occiderat in agrippinenſem coloniam miſit marti dedicandum. In Apenini et iugis peruigilium egit.

De aduẽtu eius ad urbẽ & geſtis p eũdẽ ĩ initio prĩcipatus.

PHI. Eo mauſoleo:ſepulchro & cũ mauſoleũ ꝓprie ſignificet ſepulchꝝ magnificẽter extructũ & regium:illudens uitelius dixit othonem dignũ eſſe tali mauſoleo:cũ ſepulchꝝ illud uix priuato nedum principi conueniret. Is otho. In agrippinenſem coloniã:agrippina neronis mater ut uim ſuam externis quoq; nationibus oſtẽtaret in oppidũ ubioꝝ:q ſunt in germania ĩferiore:ĩ quo genita erat.coloniam deduxit: cui nomẽ ex uocabulo ipſius ĩditũ eſt.nã agrippinenſis colonia dicta. Tacitus auctor.merito uitelius in hãc coloniã miſit pugitionẽ Othonis marti cõſecrandũ.ꝓpterea qđ in agrippinẽſi colonia primũ imꝑator fuit cõſalutatus amiãus Marcellinus refert agrippinã coloniam fuiſſe ĩ ſecũda germania.Ita.n.appellat inferiorẽ germaniã:cũ primã germaniã appellet:quã alii ſuperiorem dixerũt. Marti:germani inter cæteros deos martẽ colũt quẽ animalibus placãt q̃uis Cæſar ĩ cõmentariis ꝑdiderit deoꝝ numero eos ſolos a germanis exiſtimari. quos cernũt:uidelicet ſolẽ uulcanũ & lunã.qđ aũt & herculẽ ueneréſ & martẽ teſtis tacitus ĩ libro deſitu germãiæ. Peruigilium.ſupra annotatũ eſt ꝑuigiliũ dici ſacrũ ĩ quo totam noctẽ per uigilamus.Paulo ante retulimus oĩa apud uiteliũ fuiſſe peruigiliis q̃ diſciplinæ militari promptiora. Ad claſſicũ:ad claſſici ſonũ. alibi memorauimus claſſicũ dici & tubã & ſonũ. Paludatus:habitu militari.paludamẽta.n. inſignia ſũt militaria unde paludati dicti ſicut ante dictũ eſt.Cor.Ta.hoc idẽ memorans ait ipſe uitelius a põte milui ĩſigni equo paludatus accinctuſq; ſenatũ & populũ ante ſe agẽs:quo minus ut captã urbẽ ĩgrederetur amicoꝝ cõſilio deterritus ſumpta ꝑtexta & cõpoſito agmine ĩceſſit.Inter ſigna atq; uexilla.ſeiũgit ſigna a uexillis ueluti diuerſa.tãq̃ ſignoꝝ appellatiõe ĩtelligant aquilæ:quas aqliferi portãt quæ ſunt prima ſigna legionũ:uexilla uero minora ſigna:unde uexillationes & uexillari dicti.uexillũ flãmeã ſcribit Amiãus fuiſſe ſignũ belli Cor.Ta.& ipſe diſcreuit hæc duo ſic ſcribens:quatuor legionũ aqlæ per frontẽ.totidẽq; circa e legiõibus aliis uexilla.mox duodecim alaꝝ ſigna. Sagulatis:ſagulo ĩdutis:ſaga aũt cuius diminutiuũ ẽ ſagulũ ſumebãt tẽpore belli.id qđ in ſupioribus annotauimũs. Detectis:denudatis oſtentatis reiecta epheſtride:ſic.n.græci uocãt ueſtẽ:quæ armatis ſupinduit.Cor.Tacitus ĩtroitũ uitelii ĩ urbẽ memorãs.ait hæc. Ante aqlam ꝑfecti caſtroꝝ tribuniq; & primi centurionũ cãdida ueſte:cæteri iuxta quiſq; cẽturionẽ armis doniſq; fulgẽtes & militũ fallere torqueſq; ſplẽdebãt decora facies & nõ uitelio prĩcipe dignus exercitus. Sic capitoliũ ĩgreſſus atq; ibi matrẽ cõplexus auguſtæ noĩe decorauit. Alliẽſi die:ominoſo & infauſto.dictus ẽ ãt dies alliẽſis ab allia fluuio:q e cruſtuminis mõtibus ꝑalto defluẽs alueo tyberino amni miſceẽ ab undecimo ab urbe lapide.ubi magna ſtrage romani a gallis profligati ſunt.mox urbs a gallis capta incenſa q; eſt ꝑter capitoliũ.fuit aũt hic dies ad quintũdecimũ cal.ſex.duplici clade ĩſignis.Nãq; eodem prius die ad cremerã fabii cæſi:deinde ad alliã cũ exitio urbis fœde pugnatũ eſt.romani hũc.diem a poſteriore clade allienſem appellarunt:Inſignemq; rei nullius publicæ priuatimq; agendæ fecerunt.auctor Liuius in.vi. Ci.in epiſtolis ad atticum de die allienſi ſcribit hæc.maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe uoluerunt alliẽſis pugnæ:q̃ urbis captæ:quod hoc malũ ex illo.itaq; alter etiam nũc religioſus dies:alter in uulgus ignotus.igitur cum dies allienſis inter religioſos & atros & ominoſos numereẽ:apud romanos cuncta interꝑtãtes acceptũ eſt loco funeſti ominis:quod maximum pontificatũ uitelius cœpiſſet die antiquitus infauſto duabus cladibus cremerenſi & allienſi. Diuino humanoq;:Cor.Tacitus.adeo omnis diuini humaniq; iuris expres pari libertoꝝ amicorũq; ſocordia:uelut inter temulentos agebat. Comitia ordinauit:ſenſus eſt magiſtratus:qui comitiis comicialibuſq; diebus quot annis creari ſolebant:a uitelio per decem annos or-



Vrbẽ quoq; ad claſſicum ĩtroĩit paludatus: ferroq; ſuccinctus iter ſigna atq; uexilla ſagulatis cõitibus ac detectis cõmilitonũ armis. Magis deĩde ac magis oĩ diuino hũanoq; iure neglecto alliẽſi die põtificatũ maximũ cœpit. Cõitia ĩ decẽ annos ordĩauit:ſeq; ꝑpetuũ cõſulẽ. Et ne cuĩ dubiũ foret:qđ exẽplar regẽdæ Reip. eligeret. medio martio cãpo adhibita publicoꝝ ſacerdotũ frequẽtia

Agrippinẽſis colonia

Prima germania

Secunda germania.

Dii germanorum

Paludati

Signa uexilla.

uexillationes.

Sagulati

Epheſtris

Dies allienſis

Allia flu.

Religioſus dies

dinati ſunt:ut ita per decennium minime foret opus habere comitia magiſtratuum cauſa.ait Tacitus ui‐
telium comitia conſulum cum condidatis ciuiliter celebrantem affectaſſe etiam infime plebis rumoré in‐
ſpectaculis. Exemplar:archetypon quod ſequi uellet & imitari.

M.AN. Mauſoleo:ſepulchro. Is:otho. In agrippinenſem coloniam:quæ in belgica gallia eſt. In iugis
apenini:in ſumma apenini parte. Peruigiliũ exegit:inſomné nocté traxit metu ne an religione an potius
cõtinua potatione nõ ītelligo. Paludatus:paludaméto ornatus:Cornelius ait amicorũ cõſilio deterritus.
priuſquã urbé īgrederet́ paludaméto depoſito prætextem ſumpſiſſe. Sagulatis:ſagulo militari ueſte ſuc‐
cinctis. Detectis armis:quaſi hoſtilé īgreſſus urbé. Diuino hũanoq; iure:religiõis & ciuitatis ritu. Allié
ſi die:poſtridie idus qntilis:quo die a.Qu.Sulpitio tribuno militũ īfœliciter eſt ad Alliã flu.cũ ſenonibus
gallis pugnatũ:Liuius & Macrobius ſunt auctores:Tacitus ait dié illũ Allienſi & cremerenſi clade fuiſſe in
famé:is.n.& omnes poſtridiani dies:q poſt idus nonas:& caleddas ꝓxime ſequebant́ infauſta appellatione
atri ſunt dicti:qppe qui neq; ꝑliares:neq; puri:neq; comitiales habebant́. Comitia:hoc ad ciuitatis ritum
referas:quod nouo pœnæ exéplo in tot annos futuros magiſtratus:ſeq; perpetuũ cõſulé cõſtituiſſet. Exé
plar:quã formã aut inſtitutum Neronis ſcilicet & nõ alterius principis.

inferias Nerõi dedit:ac ſoléni cõuiuio citharœdũ placenté
palam admõuit:ut & aliqt de Domitio diceret. Incohantiq;
neroniana cantica primus exultans etiam plauſit.

De progreſſu eius in initio principatus.

TAlibus principiis magnã imperii parté nõ niſi cõ‐
ſilio & arbitrio uiliſſimi cuiuſque hiſtrionũ & au‐
rigarum adminiſtrauit: & maxime aſiatici liberti
hunc adoleſcentulum mutua libidine conſtupratum mox
teſtio profugum cũ puteolis poſcam uendentem reprehen
diſſet:coniecit in cõpedes ſtatimque coluit:& rurſus in de‐
litiis habuit:Iterum deinde ob nimiam contumaciam & ni‐
miam ferocitaté grauatus circumforaneo laniſtæ uendidit:

PHI. Inferias nerõi dedit:ne‐
inferiæ roni ſacrificauit:inferiæ enim di
cuntur exequiæ & ſacrificia:quæ
diis manibus inferũtur:Tacitus
in hác ſentétiam ſic ſcribit.apud
bonos inuidiæ fuit:quod extru‐
ctis in campo martio aris inferi‐
as neroni ieciſſet. Placété.oble
ctantem & auribus principis ſa‐
tiſfacientem. Dedomitio:ī lau‐
Nihilo opulentior: ſpecimen eſt abſtinẽtis magiſtratus ampliſſimum quãdo ex prouincia nõ reuertitur ditior & opulentior. qua laude imprimis cenſetur ariſtides: qui a græcis δικαῖοσ: ideſt iuſtus cognominatur: qui tanto pauperior rediit ex prouincia: quantum ad iter ipſum errogauerat. Labefacta fide: facta fluxiore. priſci fidem labefactam infirmamq; & debilem dixere ſubleſtam. ſicut & a Plauto dictum eſt fides fit ſubleſtior. Omnia prædia: tam urbana q̃ ruſtica. Fratri: ſabino. Ad mangonicos quæſtus: ſordidum & turpe genus lucri exercuiſſe ueſpaſianum ſignificat: qui ære alieno preſſus prædia fratri ſabino ſubligauit: & ipſe queſtus: quos mangones facere ſolent ſectari cœpit. dicũtur autem queſtus mangonici lucra: quæ ex mãgonum arte proueniũt. mãgones autem nõ ſolum exercuiſſe negociationem ſeruorum uẽalium. ſed alia quoq; excoluiſſe ut pluris uẽderent indicant eruditi: maximeq; Plinius & Seneca. de mangonibus apud dictum eſt affatim. Mulio: tanq̃ mullos mãgonizatos interpellatoſq; arte mãgonica uẽditaret. mãgones enim mãgonizant corpora: ut ita pluris ueneant. alias mulio ſignificat mulorum agaſonem. Conuictus: conuicti dicuntur in iudicio: qui crimen obiectum faſſi ſunt. Expreſſiſſe: extorſiſſe atq; egeſiſſe. Qui: lege cui ut ſit ſenſus ueſpaſianũ egeſiſſe ducenta ſextertia ab eo iuuene: cui impetrauerat apud principem ius geſtandi ueſtem ſenatoriam. quamuis pater illius iuuenis refragaretur: nolletq; hanc dignitatem a filio obtineri. Increpitus: caſtigatus obiurgatuſq;.

Nomẽ debitum

Eo nomine: ſenſus eſt. ueſpaſianus caſtigatus reprehenſuſque eſt ob id debitum ducentorum ſextertiorum. quo ſibi iuuenem illum obligauerat: qui erat adhuc in patris poteſtate. tanq̃ fecerit ueſpaſianus id quod carpit Oratius. Nomina ſectatur modo ſumpta ueſte uirili ſub patribus duris tyronum & ita nomine expones debito. uel ſimpliciter eo nomine ea cauſa de extortis pecuniis. Peregrinatiõe achaica. qua nero achaiam peragrauit. Obdormiſceret: memorat Tacitus ueſpaſianum increpitum fuiſſe a phebo liberto. egreq; meliorum præcibus perniciem effugiſſe: quod ſomno conniueret in ſpectaculis Nerone cantante: qui aduerſum illuſtres parum intentos eius muſicis certaminibus diſſimulabat ad præſens odium: quod mox in tempore repetebat. Contubernio: neroniano. Publica ſalutatione: communi: ſcilicet & generali: a qua uix ullus excludi ſolet.

Deuia

Deuiam: a uia militari remotam. Quoad: donec. Extrema: extremum excidium & mortem. Prouincia: iudæa. Cum exercitu oblata: Cor. Tacitus. bellum iudaicum flauius ueſpaſianus: ducem eum nero delegerat: tribus legionibus adminiſtrabat.

M. ANTO. Dignatione: exiſtimatione. auctoritate. Adrumeti: adrumetum oppidum africæ inter tapſum & aphrodiſium. Labefacta: corrupta. Fratri ſabino: ne creditoribus addicerentur. Mangonicos: & equorum uenalium & mancipiorum mangones dicuntur: & ob id fortaſſe mulio dictus: q̃q̃ mulio is ſit qui mulos rhedæ iunctos ſolutoſue agit. Conuictus quoq; dicitur. i. phama & criminis conuictum: quod. cc. ſeſtertia fraude expreſſiſſet: Latum clauum: uſum laticlaui geſtandi. Patris: eius. ſ. iuuenis: cui latum clauum impetrarat. Increpitus: ueſpaſianus. Peregrinatione achaica: quũ Neronem in achaiam comitaretur. Eo: Nerone. Obdormiſceret: inciperet dormire: quaſi Neronis uocem minus atten-

deret. Offenſam:ignominiam. Publica ſalutatione:ne cum reliquis quidem ad ſalutationis officium admitteretur. Extrema:ultima & quaſi capitalia. Prouincia:ſyria iudæa:

ut eo tpe iudęa profecti reꝝ potirent̄:id de īperatore Rōano ꝗtū euentu poſtea ꝑdictū patuit: iudæi ad ſe trahētes rebellarūt. cæſoq; prępoſito legatū inſup ſyrię cōſularem ſuppetias ferētem rapta aquila fugauerūt. Ad hūc motū cōprimēdū cū exercitu ampliore:& ſtrēuo duce cui tamē tuto tāta res cōmitteret̄:opus eēt:ipſe potiſſimū delectus eſt:& ut induſtriæ expte nec metuēdus ullo mō ob humilitatē generis ac nominis. Additis igit̄ ad copias duabꝰ legiōibus.viii. alis cohortibus decē atq; inter legatos maiore filio aſſūpto: ut primū ꝓuiciā attigit: ꝓximas quoq; ciuitates cōuertit i ſe

PHI. Vt iudæa ꝓfecti reꝝ potirent̄:Cor.Ta. pluribus ꝑſuaſio fuerat antiqs ſacerdotū litteris contineri eo ipſo tpe fore ut ualeſceret oriens. ꝓfectiq; iudæa rerū potirent̄:quæ ambages ueſpaſianū ac Titū ꝑdixerant. ſed uulgus more humāæ cupidinis ſibi tantā fatoꝝ altitudinē interꝑtati ne aduerſis qdē ad uera mutabant̄.oroſius ī hāc ſniam.iudæi ī carmelū montē ſeducti ſortibus ꝙ portenderent exortos a iudæa duces reꝝ potituros eſſe bellum ad ſe trahentes in rebellionē exarſerūt:extinctiſq; romanis præſidiis legatū quoq; ſyriæ ſuppetias ferentem rapta aqla & ceſis copiis fugauerūt.egeſippus quoq; libro quinto qđ memoratu dignum eſt refert:in ſacris litteris impſſum fuiſſe:qđ futurus eſſet uir:qui de regione iudæorū imperiū aſſumeret in orbe terrarū : quæ res eos in tanto furore poſuit:ut ſibi nō ſolū libertatem ſed etiam regnū pollicerent̄:id alii ad ueſpaſianum referendū putarūt:qui ex iudæa profectus romam uenit ad imperiū ingens capeſcendum. ſed prudentiores:ut ingt idem egeſippus ad Ieſum referendum eſſe conſtanter crediderunt.q in iudæorum terris ſecundum carnem genitus ex maria regnū ſuū per uniuerſa terrarū ſpacia diffudit. De imperatore Romano:ueſpaſiano.Iudæi ad ſe trahentes.pro ſe interpretabantur iudæi ambages fatorū:tanꝗ unus ipſorū iudæorū eſſet futurus rerū dominus. Rebellarūt:Ioſephus libro.xx.antiqtatū & in ſecundi belli iudaici tradit florū fuiſſe cauſam & fomitem belli iudaici:qui a Nerone miſſus procurator in iudæam.auaritia immanitate inflamauit bellū.impulit iudæos contra romanos arma capeſcentes.initiū aūt belli iudaici cœpit ſecūdo anno adminiſtrationis flori.xii.Neronis imperii. Cæſo præpoſito:ſabinū ſignificat.poteſt & hoc referri ad præpoſitū illius præſidii:quod erat in caſtello maſeda.in quod irruētes iudæi romanos omnes ipſūq; præpoſitū interfecere.præterea tradit Ioſephus mutiliū præfectū Romanorū per pactionem dediſſe ſe iudæis: q fide polluta Romanos omnes interfecere.dicit̄ tamē præfectus ipſe mutilius fuiſſe ſeruatus incolumis : dū ſe iudaizare promittit uſq; ad circūciſionem. Legatū ſyriæ:gallū ſignificat:q dū uult comprimere orientem tumultū uariis præliis:ac ſæpius aduerſis exceptus eſt:q ubi fato aut tedio occidit miſſus mox fuit a Nerone Veſpaſianus.Tacitus auctor. Suppetias:auxiliū ſubſidiūq;.crebra locutio eſt. ut per accuſatiuū enunciemus ferre ſuppetias:ꝗuis Plautus dixerit ſuppetiæ in nominatiuo cū ait in epidico. Auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi.oppius ſiue hircius:īcertus ē auctor:ī cōmētario belli africi.uſurpat hāc elocutionē ut dicat occurrere ſuppetias & ire ſuppetias:& ſuppetias profectus eſt.pro ferre ſuppetias uēire ſuppetiatū.hoc enim quoq; in uſu eſt pro eo quod eſt auxiliatū.eſt enim uerbū ſuppetiari quod ſignificat auxiliari atq; ſuccurrere.Apuleius in.viii.at uobis facile eſt ſuppetiari miſerimo ſeni.Idem ī primo de aſino aureo.proclamares ſaltem ſuppetiatū:quamuis uideri poſſit dictum ſuppetiatū.ueluti inclinetur hic ſuppetiatus ut arbitratus: ut allegatus.ut ſacrificatus:quæ nomina ſunt quarti ordinis.idem ait ſalutares mihi ſuppetias rurſus extinguerem. idem ſuppetiatū decurrūt anxii.Idem maritū ſuū ſuppetiatū ciet pro eo qđ eſt īclamat ad auxiliandū ſubueniendūq;. Ipſe potiſſimū delectus:ſcribit Ioſephus in tertio belli iudaici:Neronem: cuius anxius foret: & deliberabundus:cui nam commotum crederet orientem:quiq; una iudæos rebellantes ulciſceret̄.inueniſſe Veſpaſianū ſolū his neceſſitatibus parem:& qui tanti belli magnitudinem ſuſcipere poſſet: uirum ab adoleſcentia uſq; ad ſenectutem bellis exercitatū.itaq; Nero cernens ætatem Veſpaſiani cū peritia ſtabileꝫ obſideſq; fidei liberos:eorumq; florem imagines eſſe paterne prudentiæ: mittit eum ad regendos exercitus in ſyriam conſtitutos:multis pro tempore blandimentis:atq; obſequiis armatū:qualia neceſſitas imperare conſueuit. Ob humilitatem generis:ob ignobilitatem natulium.Dixit Eutropius Veſpaſianum obſcure quidem natum eſſe:ſed optimis uiris comparandum. Octo alis:aliæ ſunt equitū ordines:unde alarii & alares:de quibus ante dictum eſt.Ioſephus in tertio belli iudaici enumerans ueſpaſiani copias ait cohortes Cæſareas decem & octo acceſſiſſe legionibus:cum qbus una quæq; ala eqtum erat: & alæ quinq; ſyrorū:itidem eqtum:decem autem cohortiū ſingulæ mille pedites habebant.Præterea Antiochus & Agrippa & ſoemus reges bina millia peditū:& ſagittarios mille præbuere.malicus quoq; arabie rex. præter qnq; milia peditū equites mille miſit. Maiore filio aſſumpto:Titū ſignificat.Ioſephus ait ueſpaſianum ex achaia ubi cum Nerone fuerat Titū filiū dirrexiſſe Alexandriam:ut inde quintam & decimam legiones moneret.ipſe uero terreſtri itinere in ſyriam peruenit:ibiq; romanas uires congregauit. Inter legatos:legati imperatoris ſignificant̄:quibus legiones & auxilia uniuerſa optemperabant. Prouinciam:iudæam.

ex iudæa ꝑfectos rerū potituros

Ad Chriſtū referendū uideri

Florus cā belli iudaici

ſuppetiæ

Suppetiarii

Suppetiatū

M.ANTO. Iudæa profecti: ideſt qui e iudæa eſſent digreſſi: quod in Veſpaſiano & Tito filio euenit. Ad ſe trahentes: ad ſe pertineri rati. Præpoſito: ſabino. Legatum: Varrum ut Ioſephus ſcribit. Ad copias: quæ in ſyria erant. Octo alis: alæ propriæ equitum dicuntur. Ver. & uirginis ala Camillæ. Maiore filio: Tito. Proximas: ꝓuícias.

correcta ſtatim caſtrorum diſciplina: uno quoqꝫ & altero p̄lio tam conſtanter inito: ut in oppugnatione caſtelli lapidis ictum genu ſcuto ſagittas aliquot exceperit.

De prodigiis & ſignis præcedētibus imperiū Veſpaſiani.

POſt neronē galbāqꝫ Othone atqꝫ Vitelio de principatu certātibus in ſpē impii uenit: iā pridē ſibi per hoc oſtēta conceptam. In ſuburbāo flauiorū quercus antiq̄ q̄ erat marti ſacrata per tres Veſpaſiæ ꝑtus: ſingulos repēte ramos a frutice dedit: haud dubia ſigna futuri cuiuſqꝫ fati primū exilem & cito arefactum ideoqꝫ puella nata non perannauit: ſecundum præualidū ac prolixum: & q magnam fœlicitatem portēderet: tertiū uero īſtar arboris. Quare patrē Sabinum ferunt aruſpicio inſuper confirmatū renūciaſſe matri nepotē ei Cæſarem genitū: nec illa qcq̄ aliud q̄ cachinaſſe mirantem quod adhuc ſe mentis cōpote

PHI. Correcta caſtrorum diſciplina: laudāť impatores romani: qui correcta diſciplia caſtrēſi uictoriā ex hoſtibus profligatis adepti ſūt: ſicut ſcipio æmiliāus:

Exactores diſciplinæ militaris

q exercitus romanos regula diſciplinæ militaris cuſtodita ita diligēter exercuit: ut q prius uincti fuerāt uictores exiſterēt. Metellus quoqꝫ ī africa exercitū licētia corruptū & laſciuia maculoſū recepit: quē ita emēdauit ueteribꝯ īſtitutꝫ & diſciplia maioꝝ: ut poſtea eos ſuperarēt a qbus ſub iugū miſſi fuerāt. Quinetiam marius reliqas legionū: quas in galliis cimbri pœne deleuerāt cū ſuſcepiſſet: ita erudiuit ſcientia & arte pugnandi: ut innumerabilē multitudinem non ſolum cimbrorum ſed etiam theutonoruꝫ publico marte deleret. Igitur Veſpaſianus ex more romanorum imperatorum cum caſtrēſem diſciplinam emendaſſet uictor euaſit. Ioſeph. laudat Veſpaſianum quod milites ordinauerit ordinibus ex Romana cōſuetudine uſurpatis.

Ictus ueſpaſianus

Lapidis ictum genu exceperit: Ioſephus refert Veſpaſianum in oppugnatione iotapatæ: non ictu lapidis ſed ſagittæ fuiſſe in planta uulneratum: quæ res maximam perturbationem Romanis fecit: his enim qui prope aderant uiſo ſanguine perterritis per omnem fama uulnerati ducis cucurrit exercitum. aderat & titus formidine perculſus paternæ ſaluti metuēs. Veſpaſianus tamē & timore filiū & ꝑturbatione liberauit exercitū. ſuperato. n. dolore uulneris: & oībus q ſui cauſa ꝑtimuerāt cōſpici ſtudens bellū in iudæos ſeuius ícitauit Egeſippus quoqꝫ libro. iii. ait ueſpaſianū in talo uulneratū iaculo ſagittæ.

Oſtentum
Oſtentus

Oſtenta: oſtētū tā in bonā q̄ in malā partē dicitur. hic accipitur in bonam. apud Pliniū itidem pro omine fauſto uſurpatur ſcribentem in. *xvi*. factū eſſe popu. Romani quiritibus oſtentū arboris: a quo deíde tempore maieſtas popu. Roma. reſurrexit. quia oſtendūt ut interpretatur Cicero oſtenta dicunť ſicut portēta quia portendūt: interdū participaliter oſtentū dici ſolitū eſſe nō dubiū facit pacuuius: cū ait in ipſo tempore oſtentū ſenem pro demonſtratū. & a Catone ager dicitur oſtentus ſoli bonus eſſe oleto conſerundo. In ſuburbano flauiorū: in prædio flauiæ gentis. Marti ſacrata: hoc peculiariter intelligendū eſt: quod quærcus illa

diis dicatæ

marti ſacrata foret. cū generaliter quærcus & eſculus ſint ioui dicatæ. ſicut apollini laurus: mieruæ olea: ueneri myrthus: herculi populus. Per tres ueſpaſiæ partus: ueſpaſia polla peperit ſabinum: Veſpaſianū: & puellulam. Singulos: ramos pro ut ueſpaſia pariebat ita quærcus ramum producebat. A frutice: modo a

arbores
Frutex
Frutico
Fruteta
Fruticeſco

ſtirpe: alias arbuſcula: namqꝫ ut docet columella libro quarto: frutex minor eſt arbore: dicit enim ex ſurculo arborem procedere: ut oleam. uel fruticem ut palmam ſilueſtrem: uel tertium quiddam: quod nec arborem nec fruticem proprie dixeris ut eſt uitis. a frutice frutico uerbum deriuatur: ut ait Priſcianus in. *viii*. unde Iuuenalis. ſed fruticante pilo neglecta & ſqualida crura. inde fruteta loca fruticibus plena dicuntur. fit etiam a frutice uerbum fruticeſco: quo utitur Plinius. Futuri cuiuſqꝫ fati: quod eſſet futurum fatum & ſors unius cuiuſqꝫ ex ueſpaſianæ fœtibus. Primū exilem: ſcilicet ramum dedit. Non perannauit: non

Annare
Perānare
anna
perēna
Perēnare

peregit uixitqꝫ integrum annum tempus annare uerbum eſt uetus: unde compoſitum perannare: quod ꝓprie ſignificat uiuere per totum annum. Macrobius in primo ſaturnalium memorat priſcos romanos mēſe martio & publice & priuatim ad annam perennam ſacrificatum ire ſolitos: ut annare perānareque commode liceret hoc eſt uitam degere incolumen per annū integrū: perēnare uero quod per litteram. e. profertur eſt diu durare & uiuere. columella in tertio. Roſa hoc modo culta multis annis perennat. Secūdum: ſcilicet ramū dedit. Protenderet: præſagaret. portendebat autem ſabinū Veſpaſiani fratrem domi militiæqꝫ clarum futurū: qui ad præfecturam urbis uſqꝫ proceſſit. Tertium: ramum. Inſtar arboris: ad arboream amplitudinem: & hoc portendebat Veſpaſiano imperatorium faſtigium. Aruſpicio inſuper confirmatum: ſabinus Veſpaſiani pater detulit ad aruſpices oſtenta: quæ ex quærcu domeſtica obſeruauerat: q p extorum inſpectionem confirmauerunt illum in ea opinione: ut crederet filium id temporis natum futurum principem. Matri: Veſpaſiani pater matri ſuæ: quæ erat Veſpaſiani auia: renunciauit nepotem ſibi:

ſcilicet Veſpaſianum genitum eſſe Cæſarem. qui ſcilicet eſſet futurus Cæſar & imperator. Quam cachinaſſe:riſu ſoluto & cachinabili defluxiſſe.

M.AN. Lapidis ictũ:lapidẽ ſupnæ emiſſum genu excepit. In ſubur.ꝓdio ĩ ſuburbãis locis. Veſpaſie: mr̃is. Frutice:frutex neq; arbor:neq; herba e:neq;.n.ad iuſtã arboris magnitudinẽ aſſurgit:& ſtatura ſimilis eſt multis herbis:a frutice fructetũ ẽ:& fructicetũ. Puella nata:domicilla. Nõ pannauit:nõ anũ iuxta.
Inſtar:ad arboris æquationem. Sabinus: Veſpaſiani frater. Nepotẽ: Veſpaſiani filiũ:qui illi nepos erat: ſed utrius ortu titi:an Domitiani id ꝑſagire cõtigerit:non dicit certæ duorũ coaleſcentiũ ramoꝝ ĩ utroq; facere oſtentũ. Cachinnaſſe:ſolute & incõpoſite riſiſſe. Se mentis compore.i.q̃q̃ anu: tamen non delira.

deliraret iam filius ſuus. Mox cũ ędilem eũ. C. Cæſar ſuccẽſens propter curã uerẽdis uiis non adhibitã luto iuſſiſſet oppleri congeſto per milites in prætextæ ſinũ non defuerunt qui intepretaretur quandoq; percõculcatã deſertãq; rẽpu. ciuili aliqua perturbatione: ut tutelã eius ac uelut gremiũ deuenturam. Prandẽte eo quõdam canis extrarius triclinio manũ humanã intulit mẽſæq; ſubiecit. Cœnãte rurſus bos arator decuſſo iugo tricliniũ irrupit:ac fugatis miniſtris q̃ſi repente defeſſus procidit ad ipſos accubentis pedes ceruicẽque ſumiſit. Arbor uero cupſſus in agro auito ſine ulla ui tẽpeſtatis euulſa radicitus atq; poſtrata in ſequẽti die uiridior ac firmior reſurrexit. At in achaica ſomniauit initiũ ſibi ſuiſq; fœlicitatis futurum ſimulac dens Neroni exemptu eſſet. Euenitq; ut ſequenti die progreſſus in atriũ medicus dẽtem ei oſtenderet recenter quidem exemptum. Apud iudęã

PHI. Deliraret iã filius ſuus: — Delitiũ ſenile
cachinauit uetula fœmina.mr̃ ſabini patris ueſpaſiãi: ubi audiuit filiũ talia referẽtẽ credentẽq;:q nato ueſpaſiano foret gẽitus Cæſar:& is:q Romæ imperaret.unde mirata ẽ:q filius nondũ ſeneſcẽs more ſenum deliraret: cũ ipſa q̃ iam ſenio erat cõfecta minime delitio ſenili foret obnoxia: eſt.n.ſenũ ut ait Cicero leuiũ q̃dam ſenilis ſtulticia q deliratio appellari ſolet. — Deliratio
Plinius noſter in.xvii.tradit letare dici a ruſticis ĩ iterratione occatiõis q̃ndo operiũt.ſemina:unde primũ appellata deliratio ẽ. — Letare.
Edilem:ueſpaſianũ. Caius cæſar Caligulã ſignificat. Succẽſens:iraſcẽs:ſuccenſere eſt iraſci ex cã:auctor donatus. — ſuccẽſere
Verrendis uiis : hoc quoq; ediliũ erat officiũ:ut uias deuerri purgariq; facerẽt.unde cũ ueſpaſiãus edilis uias uerrẽdas mũdandaſq; per ignauiã paꝝ diligẽter curaſſet. luto & cœnu iuſſu Caligulæ oppletus eſt a militibus. — Cœno oppletus
ueteres deã quãdã uenerabãt̃ noĩe deuerrã:a deuerrẽdo nũcupatã.auctor Auguſtius in.vi.q ſcopis uerrit domũ:cuiuſq; miniſteriũ eſt ĩ uerrẽdis pauimẽtis:is elegãter nũcupat̃ ſcoparius. — Dea deuerra
ait ulpiãus titulo de fundo ĩſtructo:ſi uilla cultior:ſit accedere inſtrumẽto fundi atrienſes & ſcoparios:ſicut ſi uiridia ſint accedũt topiarii.de q̃bus iã dictũ eſt. — Scoparius
Cõgeſto:coaceruato. In ꝓtextæ ſinũ:prætextã ſignificat:q̃ indutus erat ueſpaſianus utpote edilis.ſupra.n.memorauimus prætextã ꝓprie eſſe magiſtratuũ. Cõculcatã:lutũ cõgeſtũ in ꝓtextã ueſpaſiani ſignificabat rempublicã cœnoſam conculcatã deuẽturã in gremiũ ueſpaſiãi.cuius ꝓtextæ ſinus lutũ excepat. Extrarius:grãmatici extrariũ ab extrãeo ita diſtiguũt:extrarius ẽ:q extra foꝝ ſacramẽtũ iuſq; ſit:extraneus ex altera terra quaſi exterarreus:& ita nũc Tranq̃llus canẽ ſciẽter extrariũ uocat:q erat extra focũ ueſpaſiani:neq; inter domeſticos canes domi alebat̃.noli autẽ extrariũ accipere.pro extraneo:tãquam nõ urbicũ:& ex altera terra. — Extrarius Extraneus
Cõſimiliter Apuleius:inq̃t in ſecũda apologia.ꝓterea minabat̃ ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filiis ex paternis eorũ bonis teſtamẽto relictuꝝ.ubi extrarius haud dubie accipit̃ pro eo q nõ ſit domeſticus & ex eadẽ familia. Mẽſæ ſubiecit : ſignificat hoc oſtentum quod humana potentia & exterre gentes erant futuræ ſubiectæ ueſpaſiano.

Cœnãte.ſ.ueſpaſiano. Decuſſo iugo:deiecto. Procidit:procubuit. Accũbẽtis:epulãtis ueſpaſiani:nãq; priſci accubare ſolebãt nõ ſedere:ut alio loco memorauimus. Submiſit:& hoc portẽdebat:quod animantes erant ſubiture iugũ ueſpaſiani:& omnẽ ſuperbiam ſummiſſuræ:quæ per ceruicem ſignificatur. Arbor cupreſſus:inter omnia imperii quæ ueſpaſiano facta ſunt refert̃ hoc a Cor. Tacito ſic ſcribẽte.cupreſſus arbor:in agris eius cõſpicua altitudine repente prociderat.ac poſtera die eodem ueſtigio reſurgens procera & latior uirebat.grande id proſperũq; aſſenſu aruſpicũ:& ſumma claritudo iuueni admodũ ueſpaſiano promiſſa. — Cupſſus reſurrexit
Auito:ab auo auitum deriuatur. Liuius interuenit deĩde his cogitationibus auitũ malũ regni cupido. Ab apuleio hæreditas auita nominat̃:quæ fuerat aui priuignoꝝ. — Auitum
Radicitus:ſtirpitus ab radice aduerbium eſt. Viridior reſurrexit:ſcribit Plinius in.xvi.in capite de prodigioſis arboribus multas arbores ſine tẽpeſtate ulla ue cauſa alia q̃ ꝓdigii cecidiſſe ac ſua ſpõte reſurrexiſſe: quæ fuerũt fauſti ominis & oſtẽti.ẽ aũt cupreſſus arbor natu moroſa.folio amara.odore uiolẽta:diti ſacra.& ideo funebri ſigno ad domos poſita.ex quo ſunt illa.& nõ plebeios luctus teſtata cupſſus:& ceruleis meſtæ uittis atraq; cupreſſo. — Cupſſus diti ſacra
In achia: ubi fuerat cũ Nerone:ibiq; delectus fuit iudeæ rector. Simulac:cũ primũ.poſtq̃. Exemptum:Neroni. — Recentari
Recenter:alii recens dicunt alii recenter: eſt etiam uetus uerbum recentare. matius uir doctiſſimus uerbum finxit elegans recentatur pro eo quod eſt denuo naſcitur atque iterum ſit recens:ſic enim ait.iamiam

Joſephus hiſtoricus hebreus Dux fuit iudæorum

albicaſſit phœbus & recentatur commune lumē hominibus & uoluptas.

M.AN. Filius ſabinus: dubiū ſabinū ne Veſpaſiani p̄rem:an fratrē eiuſdē noīs:q uſq; ad urbis p̄fectu-rā ꝓceſſit ītelligat.cæterū quæ fuerit flauii patronii uxor ueſpaſiani auia:quod item puellæ.q̄ ītra annū periit nomen non repio. Filius ſuus:ſabinus. Eum:ueſpaſianum. C.Cæſar:Caligula. Succēſens:iraſcens. Verēdis:purgādis. Oppleri reſpergi:cooperiri:fœdari. Cōgeſto:luto. Prætextæ ſinū:ab initio magi-ſtratuum fuit inde eius uſus pueris a Priſco Tarqnio cōmunicatus:Cæſar q poſtea dictator fuit:quū p̄tor eſſet abiecta p̄texta clā domum abiit:ſed de uſu ueſtis Dionyſius:Plut.& Macrobius oīno plura. Procul-catā:qd' per lutū:quo nil eſt conculcatius interpretati ſunt. In gremium:id quoq; per p̄textæ ſinum acce-ptum. Canis extrarius:non domeſticus:aut certe nō urbicus ac per hoc euidētius oſtentū. Accūbentis: ueſpaſiani. Auito agro:coſſano.ſ.ubi cōſtat eū apud paternam auiā nutritū. In achaia:quo fuerat Nero-nem ſecutus. Argor cup̄ſſus:huius oſtēti Tacitus meminit. Dentem:Neroni intellige exemptum.

Carmelus mons

Deus carmelus

PHI. Carmeli dei oraculum: eſt inter iudæā ſyriāq; mons carmelus cuius mentio fit libro tertio regū. Plinius in qnto carmelū ait eſſe montē & in monte oppidū eode; noīe.deus quoq; carmelus uocabat̃: cui nec ſimulachrū nec templū erat ſed arā tm̄ & reuerentia.illic ſacrificanti ueſpaſiano cum occultas ſpes uerſaret aīo baſilides ſacerdos inſpe-

carmeli dei oraculū cōſulentē ita cōfirmare ſortes:ut quicquid cogitaret uolueretq; animo quālibet magnū id eē prouēturū polliceret̃. Et unus ex nobilibus captiuis Ioſephus quū coniiceretur in uincula:conſtantiſſime aſſeuerauit fore ab eodē breui ſolueretur:uerum iam imperatore. Nunciabant̃ & ex urbe præſagia Neronem diebus ultimis monitū per quietem ut thenſam Iouis optimi maximi e ſacrario

ctis identidē extis:quicqd eſt inqt ueſpaſiane qd' pars ſeu domū extuere ſeu prolatare agros ſiue ampliare ſeruitia:datur tibi magna ſedes:īgentes termini:multū hoīum.hæc Tacitus. Cōſulentē:ueſpaſianū. Sor-

Carmeli ſortes

Pulchra de ioſepho

tes:in carmelo mōte a carmelo deo ſortes datas eſſe teſtis eſt oroſius:q ait ſortes carmeli portendiſſe exortos a iudæa rerū potituros. Ioſephus:hic nimirū eſt ille Ioſephus luculentus:iudaicæ hiſtoriæ ſcriptor:q a Hierōymo græcus Liuius appellat̃:q quādo ſcribit Ioſephū ſiue Ioſippum a iudæis fuiſſe ducem creatū ad bellū cōtra rōanos gerendū:de ſemetipſo haud dubie ſcribit:q in expugnatione iotapatæ demiſit ſe in puteū:mox dedit ſe romanis recordatus ſomnia nocturna:quibus ei deus & futuras iudæorū clades:& q̄ romanis eſſent futura pricipibus indicaſſet.ubi per nicanorē ad ueſpaſianū deductus ē.nemo fuit ductoꝶ:q non eius uiri aſpectu mitior factus ſit.titum uero præter alios ioſippi miſericordia cœpit:plurimaq; ſalutis eius pars Titus extitit apud patrē.ueſpaſianus q̄ſi miſſurus eum Cæſari præcepit ut cautiſſime cuſtodiret̃. quo audito.ioſippus alıqd ei ſoli ait ſe dicere uelle:ſummotiſq; oībus aliis præter filiū Titum ac duos ami-

Eris īperator ueſpaſiane

cos:uenio inqt ad te nuncius p̄miſſus a deo:tu & Cæſar eris & īperator atq; hic filius tuus:dominus qdem nō mei ſolū es tu Cæſar ueꝶ & terræ mariſq; ac totius hoīum generis.nūc me colligato arctius: & ad maiorē pœnā cuſtodito.ſi ī te iſta confingo.ueſpaſianus cognito ꝙ Ioſeppus multa alia uera p̄dixerat : cœpit extīare credibilia eē q̄ de ſe quoq; dixiſſet:ſed neq; cuſtodiā ioſippo nec uīcula remittebat.ueſtim̄tis aliiſq; muneribus eū dōare:fouere nō deſinebat.ēt Tito magnā eius operā cōmodante.poſtea ueſpaſianus cū imperator nūcupatus fuiſſet:recordatus ioſippi dicta:qbus eum Nerōe uiuo appellauerat īperatorē:illū ſolui

ioſephus ſoluitur

iuſſit.Titus uero q cum p̄re aderat:ıuſtum eſt inqt pater una cū ferro ēt ꝓbro ioſippum ſolui : erit.n.tanq̄ ne initio qdem uictus ſit:ſi nō ſoluerimus ſed īciderimus cathenas.nāq; id agi ſolet in his q nō recte fuerit uincti.itaq; ioſippus pro his q̄ p̄dixerat p̄mio donatus:& de futuris iā dignus.cui credēdum eſſet:habebatur.Quod aūt hic ioſippus ſit ille ſcriptor maxīus hiſtoriaꝶ:oſtendit Euſebius cronographus:cum ait.Flauius Ioſephus ſcriptor hiſtoricus dux belli iudæoꝶ:cum a romanis īterficiendus eēt:ueſpaſiano p̄nunciat de morte Nerōis & eius īperio.Idē mox Paulo:flauius Ioſephus.xx.librū antiqtatum Domitiāi tēporibus ſcribit.Hoc idē cōfirmat Hierōymus q ī libro de uiris illuſtrıbus ſic ſcriptum reliqt.Ioſephus mathatiæ filius:ex hieroſolymıs ſacerdos a ueſpaſiano captus:cū Tito filio eius relictus ē hieroſolymis Hic romā ueniens.vii.libros iudaicæ captiuitatis īperatoribus patri filioq; obtulit q bibliothecæ publicæ traditi ſunt & ob īgenii gloriā ſtatuā quoq; meruit romæ.idē euſebius libro.iii.hiſtoriæ eccleſiaſticæ Ioſephum eundē fuiſſe demōſtrat q & bello romāos oppugnauerit & ſcriptor hiſtoriæ fuerit.Corroborat fulcitq; hāc oroſius quoq; ſnīam & euidenter oſtēdit Ioſephū eſſe eundē & īperatorem bellicum & conditorē hiſtoriæ cla-

ioſephus īperator & hiſtoricus

riſſimum.ſic.n.ſcribit Ioſephus uero iudæus qui ei tunc bello præfuit:& apud ueſpaſianū ꝓpter p̄dictum ueniā gratiāq; meruerat ſcribit undecies centena milia iudæorū gladio & fame periiſſe. Veꝶ iam īperatore:Oroſius hiſtoriæ mēinit his uerbis de ueſpaſiano ſcribēs.cognita Nerōis morte hortatu plurimoꝶ regum & ducum maxīe Ioſephi iudæoꝶ duci ſnīa:qui captus cum in uincula coniecerec̃:cōſtantiſſime dixerat ſicut Suetonius refert:cōtinuo ſe ab eodem ſed īperatore ſoluēdum:īperium adeptus eſt. Ex urbe roma diebus ultimis:Paulo anteq̄ trucidaret̃. Per quietem:ın ſomniis. Thenſam:currum ıoui dicatum:in quo ſimulachra deoꝶ deferunt̃ in pompa.in prīo commentario de thēſa copioſe dictum eſt. E ſacrario:

Thenſa

e ſacrorū repoſitorio:quod erat in capitolio in quo erat thenſa cum aliis donariis ſacriſq; ioui dicatis.

M.ANTO. Carmeli dei:de loco:& religionis ritu ſic Tacitus:eſt inquit iudæam inter ſyriamq; Carmelus ita uocant montem deumq; nec ſimulachrum deo:aut templum ſic tradidere maiores ſed aram tãtum & reuerentiam:illic ſacrificanti ueſpaſiano quum ſpes occultas uerſaret animo Baſilides ſacerdos inſpectis itidem extis quicquid eſt inquit ueſpaſiane quod peras ſeu domum extruere ſeu prolatare agros ampliare ſeruitia datus tibi magna ſedes. Plinius & Strabo ipſi quoq; in ora ſyriæ carmelum montem referunt. Ioſephus:Ioſippum eum appellat Ioſephus in hiſtoriis atq; ob eam uaticinationem uinculis ſolutum ſcribit. Vltimis:extremo uitæ tempore. Tenſam:de tenſa abunde alibi. E ſacrario:capitolini templi.

PHI. In domũ ueſpaſiani : hoc Neronis ſomniũ præſagabat fœlicitatẽ maieſtatẽq; maximã ueſpaſiano tanq̃ iuppiter rex iudæorũ & hoium:ire uellet in domũ ueſpaſiani ut illi traderet impiũ. Ineũte comitia: cũ cõſularia comitia haberet de ſecundo conſulatu capiendo. Ad orientẽ conuerſa: ſignificabat hoc oſtẽtũ.ꝙ impium romanũ ad ueſpaſianũ cõuerteret:qui in ſyria iudæaq; regionibus oriẽtalibus bellũ gerebat contra iudæos. Bebriacenſi:qua apud bebriacũ othoniani a uitelianis profligati ſunt. Cõmitteret:ante q̃ cõfligeret pugnareturq;.id.n.eſt cõmittere:ſup quo uerbo alibi plura.

in domũ Veſpaſiãi in circum deduceret: Ac nõ multũ poſt comitia ſecundi cõſulatus ineũte Galba ſtatua diui Iulii ad oriẽtem ſpõte cõuerſa: acieq; bebryacẽſi priuſq̃ cõmitteret duas aqlas in conſpectu omnium confluxiſſe:uictaq; altera ſubueniſſe tertiam a ſolis ortu:ac uictricem abegiſſe.

De aſſumptione eius ad imperium.

NEc tamẽ quicq̃ ante tentauit prõptiſſimis atq; etiã inſtantibus ſuis:quã ſolicitatus quorũdam & ignotorum & abſentiũ fortuito fauore: meſiaci exercitus bina e tribus legionibus milia miſſa auxilio othõi:poſtquam iter ingreſſis nũciatum eſt uictum eum : ac uim uitæ ſuæ attuliſſe:nihil ſecius aquileiã uſq; perſeuerauerũt : qua ſi rumori minus crederẽt ibi per occaſionem ac licẽtiã omni rapinarum genere graſſati:quũ timerent ne ſibi reuerſis reddenda ratio ac ſubeũda pœna eſſet:cõſilium inierũt eligendi creandiq; imperatores:neq;.n.deteriores eẽ aut hiſpaniẽſi exercitu:qui Galbã:aut prętorião:qui othonem: aut germaniano:qui Viteliũ feciſſent. Propoſitis itaq; nominibus

Cõflixiſſe:repete uerbũ ſuperius nunciabat. Victaq; altera : per duas aquilas confligentes:uitelius & Otho ſignificabatur. tertia uero ueniens ab ortu ſolis ſignificabat ueſpaſianum : qui ex iudæa ueniret abigeretq; uictricẽ aquilam. hoc eſt uiteliũ othonis uictorem.aquilis aũt honor dat ut inqt Seneca: ut magnaꝝ rerũ faciant auſpicia. Abegiſſe:fugaſſe.expuliſſe præterea abigere eſt abducere & quodãmodo deprædari unde abigei & abactores dicti:qui ut inqt ulpianus : pecora ex paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt : oues pro numero abactorũ aut abigeum aut furem faciunt.qdã putauerũt equum uel bouem unũ abactum abigeatus crimen facere. Inſtantibus ſuis: Egeſippus lib.iiii.tradit ueſpaſianum a ſuis extimulatum fuiſſe ad ſuſcipiendum imperii gubernaculum.ille uero abnuens ſe indignum dicere aſſerens refugiẽdũ eſſe ciuile bellũ:illi inſtare prõptius:ille reſiſtere pſeuerantius.poſtremo reluctantẽ cogũt ut capeſſat imperium. Ignotorũ & abſentiũ:exercitus romanos ſignificat:q erãt ĩ meſia nec ueſpaſiano pcogniti. Meſiaci exercitus:genitiuus caſus eſt.Dicit aũt exercitus meſiacus romanus:q erat in meſia : q̇ prouincia ſicut ante dictũ eſt iungit pãnoniæ ad põtũ uſq; cũ danubio decurrẽs. Tribus legiõibus:ad enarrationẽ huius rei ſcribit Cor.Taci.accelerata eſſe ueſpaſiani cœpta ſtudio illyrici exercitus:q in eius ptes trãſgreſſus ẽ:legio tertiadecima fuit illa:quæ exẽplũ cæteris meſiæ legiõibus pbuit. octauæ.ſ.& ſeptimæ.q̃ fauore othõis ĩbutæ q̃uis plio nõ interfuiſſent:aquileã pgreſſæ:pturbatis q de othone nunciabãt: laceratiſq; uexillis nomẽ uitelii pferẽtibus.rapta poſtremo pecunia:& iter ſe diuiſa hoſtiliter egerant.unde metus exortus eſt:& ex metu cõſiliũ poſſe ĩputari ueſpaſiano:q apud uiteliũ erant excuſanda.ita tres meſiæ legiones per epiſtolas alliciebãt pãnonicũ exercitũ:ita in pãnonia tertiadecima legio ac ſeptima haud cũctanter ueſpaſiano acceſſere:ui pcipua primi antonii. Vim uitæ attuliſſe:ſemetipſum cõtrucidaſſe. Perſeuerauerũt.ſ.pgredi.

Augurium aqlarũ con fligentium

Abigere
Abigei
Abactores
Abigeatus

Legiones meſiacæ

Aquileiã uſq;:aqleia in.x.regiõe italiæ.xii.milibus paſſuũ a mari ſita eſt:auctor Pli.l.iii.de qua Martialis. Et tu ledei fœlix aquileia timaui. Hiſtorici laudãt aqleienſiũ in romanos fidem:q p ſenatu cõtra maximinũ:funes de capillis mulierũ feciſſe pdunt:cũ deeſſent nerui ad ſagittas emittendas:qd & in bello ſenonico romæ dr factũ.unde in honorẽ matronaꝝ templũ ueneri cognomẽto caluæ ſenatus dicauit. Rumori.famæ uulgatæ de othonis morte ſine certo auctore. Craſſati:debacchati. Hiſpanienſi exercitu:romanus exercitus ſignificat:q in hiſpania galbã fecerat imperatorẽ. Prætoriano:ptorianas cohortes intelligit a qbus otho factus fuerat iperator. Germaniciano:exercitũ romanũ ſignificat:q in germania uiteliũ conſalutauerat impatorem:ubi illud attende germanicianũ dici: qui cum romanus foret agebat in germania: ſicut illyricianos exercitus ſcienter appellat iulius capitolinus legiones Romanas: q in illyrico militabant. Sic & milites urbaniciani a ſpartiano dicti:non tã ꝙ romani forent:q̃ ꝙ eſſent ad urbẽ. Alibi tradidimus q̃

Agleia
Funes ex capillis mulierum

Germanicianus
urbãiciani

differētia ſit hiſpanū & hiſpaniēſem:germanum & germanicianum & id genus alia. Propoſitis noībus legatoꝝ:ſenſus eſt:milites meſiaci exercitus more conſultantiū ꝓpoſuerunt noīa oīum legatorum.qui id tēporis rectores erant legionum.ex oībus nullum potiorem eſſe dixerunt ueſpaſiano : quem crearent īperatorem.Legati aūt cōſulares ī hoc loco ſignificantur rectores copiarum olī conſulatu præditi:quales ī germania Ordeonius flaccus:aulus cecina:Fabius ualens fuerunt legati legionum.

M.AN. Ad oriētē : quo oſtēto ſignificabat̃ ex ſyria q̄ ad ortū ſita eſt nouū īperiū oriturū. Bebriacēſi acie: qua a uitelianis ī othonē ē pugnatū. Duas aqlas:ꝑ eas Othonē ītellige & uiteliū. Tertiā: q̄ Veſpaſianū portēdebat. Abegiſſe:fugaſſe. Meſiaci exercitus:nūc docet ecquis fuerit ille fortuitus fauor:qđ autem legiones:quæ in Meſia erāt fauerint Othoni : ſupra eſt demonſtratum. Aquileiam uſq; : eſt agleia latina colonia:ut Liuius ait in carnorum ora:incumbentibus barbaris ut Strabo tradidit impoſita. Ne ſibi reuerſis:romam ſcilicet. Deteriores:minus bonos & fortes.

legatorū cōſulariū quot ubiq; tūc erāt quā cęteros aliū alia de cā īprobarent:& qdā e legione tertia:q̄ ſub exitu Nerōis trāſlata ex ſyria ī meſiā fuerat:Veſpaſianū laudibus ferrēt: aſſēſere cūcti: nomēq; eius uexillis oibus ſine mora īſcripſerūt. Et tunc qdē cōpreſſa res eſt reuocatis ad officiū numeris parūper. Cęteꝝ diuulgato facto Tyberius alexāder p̄fectus ægypti prius in urbē Veſpaſiāı legiōes adegit cal. iul. q principatus dies ī poſteꝝ obſeruatus ē. Iudaicus deīde exercitus. v. idus iulii apud ipſū iurauit:plurimū cœptis cōtulerūt iactatū exēplar epiſtolæ ueræ ſiue falſæ defūcti othonis ad Veſpaſianū extrēa obteſtatiōe ultionē mādātis: & ut reip. ſubuēiret optātis:ſimul rumor diſſipatus deſtinaſſe uiteliū uictorē permutare hiberna legionū:& germāicas trāſferre in orientē ad ſecuriorē mollioreq; militiā. Pręter ea ex p̄ſidibus prouinciarum Licinius Mutianus: & e regibus uologeſus ꝑthus. Ille depoſita ſimultate:quā in id tp̄s ex æmulatione non obſcure gerebat:ſyriacum promiſit exercitum

PHI. Laudibus ferrent:p̄cōio uirtutis & laudatiōibus ad cœlū tollerēt. Quidā ē legiōe tertia. Cor. Tacitus mēinit tertiæ legionis de ſyria in meſiam tranſlatæ: quā alexāder p̄fectus ægypti iter ſuas numerauerat. Cōpreſſa res eſt:de ueſpaſiano creato a militibus meſiacis īperatore. Ad officiū muneris ut in officio priſtinæ militiæ uellent perſeuerare.

Initiū imperii ueſpaſiani

Tyberius Alexāder præfectus ægypti:initiū ferendi ad Veſpaſianū īperii Alexādriæ cœptū eſt feſtināte Tyberio alexandro:qui cal. Iuliis ſacramēto eius legiones adegit:iſq; primus prīcipatus ueſpaſiani dies in poſterū celebratus eſt. Iudaicus uero exercitus. v. nonas iulii in nomen ueſpaſiani apud ipſum iurauit: eo ardore ut nec titus qdem filius expectaret̃.cuncta militū īpetu acta ſunt:egreſſum cubiculo ueſpaſianū ut legatū ſalutari īperatorem ſalutauere.tunc cæteri accurrerunt cæſarē & Auguſtū:& oīa prīcipatus uocabula cumulantes.hæc Tacitus plurimum cœptis contulerūt:hæc quæ ſequunt̃ plurimū:plurimū iuuerūt cœpta militaria de creato īperatore ueſpaſiano. Iactatū:uulgatū. Vltionem mandantis: Otho ante obitū ferebat̃ epiſtolā ſcripſiſſe ad ueſpaſianū:qua illi ultionē ſuam obteſtando mandabat : tanq̄ p̄ſagaret diuinaretq; ueſpaſianū futurū ſuæ mortis ultorem.Morientes diuinare exiſtimant̃.qđ confirmat Poſſidonius exēplo rhodii:quem moriendo prodidit ſex æquales nominaſſe:& dixiſſe qs primus eorū : quis ſecūdus:qs deinceps moriturus eſſet.Et q̄uis mandatū ſolui dicat̃ morte mandatoris:tamen ueſpaſianus mādatū othōis iam defuncti ſuſcepit:ſuſceptūq; cōſumauit. Simul rumor diſſipatus.ſ.plurimū cōtulit cœptis.

Salutat̃ īperator

Morietes diuiuant

Deſtinaſſe:cōſtituiſſe.deliberaſſe. Permutare hiberna legionū:refert Tacitus nihil æque prouinciam ſyriam.exercitūq; ſyriacū accendiſſe ad fouendas ueſpaſiani ꝑtes: q̄ q affeuerabat Mutianus ſtatuiſſe uiteliū:ut germanicas legiōes in ſyriā ad militiā opulentā quietā trāſferret. Cōtra ut ſyriacis legiōibus germāica hiberna cœlo ac laboribus dura mutarent̃.qppe ꝓuinciales ſyriæ ſueto militū cōtubernio gaudebant:& a militibus nota illa & familiaria caſtra in modū penatū diligebant̃. Mollioreq; militiā : aſyam opimam eſſe & fertilem:molliq; cœlo amenam auctores prodiderūt.in quam ſn̄iam eſt illud Lucani. Quicqd ad æoos tractus mūdiq; tp̄e labit̃.Emollit gentes clæmētia cœli.M.tullius aſyam appellat delicatā prouīciā: in qua cōtinenter uixiſſe laudandū eſt. Licinius mutianus.ſ.contulit plurimū cœptis:Erat aūt Mutianus id tp̄s ſyriæ p̄poſitus:cui ab initio ex uicinis prouinciaꝝ adminiſtrationibus æmulatio fuerat cū ueſpaſiano:deinde poſt obitū Neronis poſitis odiis in mediū conſuluerūt.hic magnificentia & opibus clarus:græce facūdiæ oīum quæq; diceret atq; faceret arte q̄dā erat oſtētator.hic auctore Tacito ueſpaſianū ſua oratione perſuaſit capeſcere īperiū debere:extat ap̄ eundem luculenta mutiani Oratio ad ueſpaſianū. Exiſtio hunc eſſe illum mutianū:quem ter cōſulem Plinius appellat:eiuſq; identidē citat teſtimoniū. Vologeſus ꝑthus:parthoꝝ rex Cor. Tacitus uologeſis parthoꝝ regis ſubinde meminit. Ille:mutianus. Ex æmulatiōe:cornelius Tacitus quatuor legiones mutianus obtinebat in pace:ſed æmulatio & ꝓximi exercitus gloria depulerat ſegnitiam.idem poſt Paulum: cæterum mutianus ſyriæ : ueſpaſianus iudeæ præpoſitus uici

aſia opima & amena

mutianus magnificētia clarus

nis prouinciaꝝ adminiſtrationibus inuidia diſcordes. Exitu demum Neronis poſitis odiis in mediũ conſuluere: primum per amicos. dein præcipua concordia fide Titus parua certamina inter patrem & Mutianum aboleuerat: natura atqꝫ arte compoſitus aliiciendis etiam Mutiani moribus.

hippotoxotæ

M.AN. Legatoꝝ cõſularium: eoꝝ qui cõſulares prouincias legatoꝝ noĩe adminiſtrabant: nec placet cõſulares legatos intelligas: qui olim conſules fuiſſent: tum uero legatione fungerentur. Alium: legatorum. Laudibus ferret: Laudaret Ver. Teucros ĩſigni laude ferebat. Reuocatis: militibus ipſis. Tyberius Alexander: Tacitus initium inquit ferẽdi ad ueſpaſianum ĩperii alexãdriæ cœptũ feſtinãte Tyberio Alexãdro q calen. Iuliis ſacramẽto eius legiões adegit: iſqꝫ prius pricipatus dies ĩ poſteꝝ celebratus. Defuncti othõis defuncti dixit ergo ab ĩferis miſſæ ergo q̃re uere ſiue falſæ adiecit: plures ita accipiẽt: ut epiſtola ab eo ante mortẽ ſit ſcripta: inde eo defuncto ad ueſpaſianũ delata: ſed Tranqllus ad ſororẽ & Meſſalinã tantum codicillos othonem exaraſſe ait. Germanicas legiões: qbus ipſe fuerat principatu uſus. Ille: Licinius.

hic. xl. milia ſagittariorum.

De quibuſdã miraculis ꝑ eũ factis in initio principatus.



PHI Hic: uologeſes parthoꝝ rex. Sagittarioꝝ: ſagittarios eq̃ſtres græco uocabulo hippotoxotas uocant. q̃ dictio frequẽs ẽ apud hiſtoricos. pthos ãt ꝓpolleꝛ ſagittariis ſatis notũ. cũ ſagittis potiſſimũ bella cõficiãt: quas ẽt a tergo ſcienter iaculantur adeo ut nõ minus fugiendo noceant q̃ reſiſtẽdo. hinc illud fidẽtemqꝫ fuga parthum uerſiſqꝫ ſagittis. Ducibus: in primis munitião & Antonio prio. Vt clauſtra ægypti: Cor. Taci. Titũ inſtare iudææ ueſpaſianũ obtinere clauſtra ægypti placuit: ſufficere uidebanꝛ aduerſus uiteliũ pars copiaꝝ: & dux mutianus: & ueſpaſiani nomen. Hic: alexandriæ in ægypto. Aedem ſerapidis: De ſerapide Auguſtius in. xviii. hæc ꝓdidit memoratu digna. Apis rex argiuorũ tranſuectus in ægyptũ: cũ ibi mortuus eẽt factus eſt ſerapis oĩum maxĩus ægyptioꝝ deus. Cur ãt ſerapis appellatus: ſit rationẽ Varro reddidit. quia. n. archa ĩ qua mortuus ponitꝛ: qđ oẽs iã ſarcophagũ uocãt: ſoros græce dicitꝛ: & ibi eũ ſepultũ uenerari cœperũt ſoroſapis. uel ſorapis primo. deĩde ut fieri aſſolet una littera ɔmutata ſerapis dictus ẽ. Idẽ traditꝛ ab Euſebio libro decimo præparatõis euangelicæ: & a Ruffino in undecimo hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Quidã ſerapin prodiderunt eẽ Iouem: Cuius capiti modius ſuperpoſitus: ſit quia cũ

Sagittarii parthi

De ſerapide
ſoroſapis
Simulacrum ſerapidis

SVſpecto igitur ciuili bello ac ducibus copiiſqꝫ in italiã præmiſſis iteri Alexãdriã trãſiit: ut clauſtra ægypti obtieret: hic quũ de firmitate ĩperii capturus auſpiciũ: ædẽ Serapidis ſummotis oĩbus ſolus intraſſet: ac ꝓpiciatio multũ deo: tandem ſe cõuertiſſet uerbẽas coroãſqꝫ & pãnificia: ut illic aſſolet: Baſilides libertus

menſura cũcta indicet moderari. Habebat ãt ſerapis alexãdriæ tẽplũ opere fornicato conſtructũ: in quo ſimulachrũ ipſius dei erat uaſtum: ut dextera unũ parietẽ: alteꝝ leua ꝑſtringeret: quod ex oĩbus generibus metalloꝝ lignorũqꝫ compoſitũ ferebaꝛ. Erat & feneſtra q̇dã perexigua dolis: & ea arte cõpoſita: ut radius ſolis ĩgrediẽs os & labra ſerapis illumiaret. ita ut ſpectãte populo ſalutatus oſculo ſerapis uidereꝛ a ſole: ſerapim eſſe ſolem eſſe oſir in eſſe oĩa. Et multiiugis nominibus appellari teſtaꝛ Martianus in hymno heroico. De origine ſerapidis copioſe ſcribit Cor. Tacitus: qui ait eũdẽ dici æſculapiũ ꝙ morbis medeaꝛ. Quidam Plutonem exiſtimauerũt eſſe. macrobius tradit ſerapis & ſolis unam eſſe & indiuiduã naturam. Aedes aũt ſerapidis eleganter dicitꝛ ſerapiũ: ſicut tẽplũ Iſidis iſium. Et in hoc ſignificato dictũ eſt illud a lampridio in uita alex: ndri. Iſium & ſerapium decenter ornauit additis ſignis. Et Deliacis & omnibus myſticis: ſed de hoc alexandrino ſerapidis tẽplo ideſt ſerapio ſic ſcribit marcellinus in. xxii. inter quæ eminet ſerapium: qđ licet minuaꝛ exilitate uerboꝝ: atriis tamẽ colũnariis ampliſſimis: ſpirantibus ſignoꝝ figmentis. & reliqua opeꝝ multitudine ita eſt exornatũ. ut poſt capitolium quo ſe uenerabilis roma in æternũ attollit: nihil orbis terraꝝ ambitioſius cernat. Se cõuertiſſet: hoc ex ritu religionis factitatũ: in qua adorantes ſe uertigine religioſa cõuertebant: qđ in prio cõmentario dictũ eſt explicatius. Verbenas: uerbena ut inqt Seruius ꝓprie eſt herba ſacra ſumpta de loco ſacro capitolii: qua coronabanꝛ fetiales: Et pater patratus fœdera facturi uel bella ĩdicturi. Abuſiue tamen ẽt uerbenas uocamus oẽs frõdes ſacratas: ut ẽ laurus oliua uel myrthus. Terẽ. Ex ara hic uerbẽas ſumme. Nã myrthũ fuiſſe menãder teſtaꝛ: de quo id trãſtulit Terẽ. Dõatus uero uerbenas ait eẽ oẽs herbas & frõdes feſtas ad aras coronãdas: ex aliquo loco puro decerptas dictaſqꝫ autumat eẽ q̃ſi herbenas. Pli. uero in. xxii. noĩe ſagminũ & uerbenaꝝ ſignificari ꝓdidit gramẽ exarce cum

Serapium
Iſium
Laus ſerapii

uerbene
uerbe
herbenæ

Si aq̃ uerbenæ Tricliniũ maduerit lætiores ...

Clarigatum quid uerbenarius
Ierobatane
Peristereos
Sagmina
Priuas uerbenas
Panificia
Panifex
ualentiſſimum
baſilidas
Neruici

ſua terra uulſum.uerbena ſp & legati cũ ad hoſtis clarigatũ mittebanť uſi.i.res raptas clare repetitũ : unus utiq̧ uerbenarius uocabať.Idẽ in.xxv.uerbenacã peculiariter uocat herbã:quã græci Ierobotanen q̃ſi ſacrã herbã dicũt Aliq piſtereon q̃ſi colũbariã.Hæc ẽ inq̃t quã legatos ferre ad hoſtes iudicauimus , magi circa hãc iſaniũt:aiuntq̧ ſi aq̃ ſpargať tricliniũ q̃ maduerit lætiores cõuictus fieri.Liuius li.x.ſecũdi.punici belli idẽ qđ Plinius ſignat uidelicet uerbẽas & ſagmĩa idẽ ſignificare.eẽ ãt genus herbæ ex arce ſumptũ:ubi obiter declarãdũ priuas uerbẽas & priuos ſilices a liuio dici ſingulos qa ueteres priua dixerũt q̃ nos ſingula dicimus:quo uerbo lucilius uſus ẽ.abdomĩa tynia priua dabo cœphaleãq̧ carnẽ. Pãificia:pães ſignificat. dictũ ẽ pãificiũ a pãe faciẽdo ut autumat Varro.unde & pãifex q panẽ facit dictus.Cor.celſus ĩ ſecundo tradit pãificia q̃ ex frumẽtis fiũt generis ualẽtiſſimi eſſe.Id ãt ualẽtiſſimũ uocat:in quo plurimũ alimenti eſt.

Vt illic aſſolet:talia exigebat religio ſerapidis alexãdrini. Baſilides libertus:nomẽ hoc omẽ regni & prĩcipatus fecit ueſpaſião.Baſileus.n.rex ſignificať.unde baſilidis omẽ ꝓ omine ĩperii ueſpaſiãus accepit.Cor. Tacitus.ait ſacerdotẽ ĩpm noĩatũ eſſe baſilidẽ:q ueſpaſiano denũciauerit ĩ tẽplo carmeli dei cuncta illi ex animi ſñia euentura.Idẽ hãc hiſtoriã luculenter explicat his uerbis.Altior ĩde ueſpaſiano cupido adeũdi ſacrã ſerapidis ædẽ:ut ſuper rebus ĩperii cõſuleret arceri tẽplo cunctam iubet:atq̧ ĩgreſſus ĩtentuſq̧ numini reſpexit pone tergũ e primoribus ægyptioꝝ noĩe baſiden.quem procul alexãdria plurium dieꝝ itinere: & egro corpore detineri haud ignorabat:percontať ſacerdotes unde illo die baſilides templũ iniſſet.percõtať obuios utrum in urbe uiſus ſit.deniq̧ miſſis militibus explorat illo temporis momento octoginta milibus paſſuũ abfuiſſe:tũ diuinã ſpeciem & uim reſponſi ex noĩe baſilidis interpretatus eſt.

M.AN. Hic:uologeſus. Ducibus:Liciniũ mutianũ cũ ſexta legiõe:&.xiiii.uexillarioꝝ millibus premiſſum Tacitus ſcribit. Clauſtra ægypti:ſic idẽ Tacitus titum inq̃t iſtare iudææ Veſpaſianum obtinere clauſtra ægypti placuit:quaſi clauſtris.n.ægyptus arabico dorſo claudiť. Serapidis:colebatur ſerapis religioſe in ægypto:Macrobius ſerapĩ atq̧ iſin cultu pene attõitæ uenatiõis obſeruat oẽm tñ illã uenerationem ſoli ſe ſub illius noĩe teſtať ĩpẽdeř:qbus uerbis appet ſerapĩ & ſolẽ eũdẽ eẽ oratus ſerapis a necocreũte cyprioꝝ rege qs eẽt.rñdit his uerſibus:ει μιθεοσ τοιοσ λεμαθειν οιου κατωειπω ουρανιοσ κοσμοσ κεφαλη γαστηρ λεθαλασσα ταια λεμοι ποδεσ εισ τα λουατα εν αιτερι κει ται ομματε τηλαυτεσ λαμπρον φαοσ ηελιοιο. Verbẽas:herbas ſacras Plinius ſagmina ĩ remediis publicis fuere:& in ſacris legationibus q̃ uerbenæ certe utroq̧ noĩe idẽ ſignificať hoc eſt gramẽ cũ ſua terra euulſum : Terẽtius quoq̧ Myrthũ uerbenã appellauit. Panificia:panes quum alioquim panificiũ ſit ꝓprie tamẽ ẽ ipſa panis factura.

Baſilides libertus.Tacitus baſilidem e primoribus ægyptiorum fuiſſe ait:ſed ſiue libertus ſiue alterius fortunæ fuerit:certe nomẽ oſtentũ fecit βασιλευσ.n.rex dicitur unde baſilides.

Quis sit Serapis

Neruici

Maieſtas honor ſine honore

Miracula facta p ueſpaſianũ

PHI. Propter neruoꝝ ualitudinem:q neruis laborant neruici dicũť. Victruuius i.viii.aq̃ neruicos & podragricos efficiunt: ſulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Longe: octoginta milibus paſſuũ aberat:ab alexandria baſilides id tpis. Apud cremonã:q̃do Antonius prius flauianoꝝ dux apđ Cremonã cecinnã cũ uitelianis copiis ꝓfligauit. & tunc cremõa ĩcẽdio deflagrauit:ubi cũcta manibus rapientiũ paſſim direpta ſunt. Ipſum: uitelium. Maieſtas deerat:ut ait Silius: Armat maieſtaſ æterna ducem:Et ut inquit Valerius maieſtatẽ recte qs dixerit lõgũ & beatũ honorem eſſe ſine honore. E plebe quidã:multa quidã miracula:ut inq̃t tacitus alexandriæ euenerũt:qbꝫ cœli fauor & quædã in ueſpaſianũ inclinatio oſtendereť. qdã oculoꝝ tabæ notus gẽitus eius aduoluiť remedium cecitatis gemitu expoſcens: tanq̃ monitus a deo ſerapide:p̃dicabaturq̧ prĩcipẽ:ut genas & oculoꝝ orbes dignareť expuere oris excremẽto alius mãu æger eodẽ deo auctore ut pede ac ueſtigio ueſpaſiani calcareť orabat:ueſpaſianus prĩo irridere aſpernari famãq̧ uanitatis mutuere.poſtremo æſtimari a medicis iubet:an talis cecitas ac debilitas humana

optuliſſe ei uiſus eſt:quẽ neq̧ admiſſum a quoq̃: & iamprĩdem propter neruoꝝ ualitudinẽ uix ĩgredi lõgeq̧ abeſſe cõſtabat:ac ſtatim aduenere litteræ fuſas apud Cremonã Vitelii copias:ĩpm in urbe ĩteremptũ nũciãtes. Auctoritas & quaſi maieſtas q̃dã ut.ſ.inopinato & adhuc nouo principi deerat:hæc quoq̧ acceſſit.E plebe q̃dã luminibus orbatus ĩtẽ alius debili crure ſedentẽ ꝓ tribunali pariter adierũt orãtes opẽ ualitudinis demõſtratã a Serapide ꝑ quietẽ : reſtituturũ oculos ſi inſpuiſſet:cõfirmaturꝝ crus ſi dignareť calce cõtingere:quũ uix fides eẽt rẽ ullo mõ ſucceſſurã:ideoq̧ ne experiri quidẽ auderet:extrẽo hortãtibus amicis palã ꝓ cõcioẽ utrũq̧ tẽrauit:nec euẽtus defuit.Per idẽ tẽpus tegeæ ĩ arcadia inſtinctu uaticinantiũ effoſſa ſunt ſacrato loco uaſa operis antiqui: atq̧ in iis aſſimilis Veſpaſiano imago.

De reſtitutione collapſæ reipublice per eũ facta.

TAlis tãtaq̧ cũ fama ĩ urbẽ reuerſus acto de iudæis triũpho conſulatus octo ueteri addidit: ſuſcepit & cẽſurã:ac & per totũ imperii tempus nihil habuit

ope ſupabiles forēt.medici uariæ differētes id fortaſſe cordi deis eē dixerūt.& diuino miniſterio principē electū.deniq; patrati remedii penes Cæſarē irriti ludibriū penes miſeros fore:ueſpaſianus iuſſa exequitur multitudie ad ſpectaculū erecta.ſtatim cōuerſa eſt ad uſum manus:ac ceco reluxit dies. Sedentē:ueſpaſianum. Pro tribunali:ī tribunali tanq̄ ius diceret. Per quietē: ī ſomniis. Oculos:illius: qui luminibus erat Orbatus. Crus.Tacitus dixit nō crure ſed māu egrg; fuiſſe. Succeſſurā:habiturā ſucceſſum proſperumq; exitū. Hortātibus amicis:maxīe medicis:q differebāt nō excuſſam eē uim luminis illi orbato luminibus & redditurā aciē:ſi pellerent̄ obſtātia:alteri uero deprauatos artus ītegrari poſſe ſi ſalubris uis adhibet̄. Vtrūq;:īſpuit oculū egri & calce cōrigit crus debilitati.Nec defuit euētus:ait tacitus utrūq; miraculū ab his:q īterfuere:nūc quoq; memorari:poſtq̄ nullū mēdatio p̄cium. Tegeæ ī arcadia:tegea oppidū ē arcadiæ:uñ tegeaticus mercurius a Papinio dictus illo uerſu & cū uēalia uolucer tegeaticus umbra.olim lacedæmōii bellū īculer̄ tegeatibus ferētes ſecū cōpedes.tāq̄ eēnt redacturi illos ī captiuitatē.uerg; cōgreſſi p̄lio ac fugati quicunq; uiui ſunt capti: eiſdē q̄s ipſi attulerāt cōpedibus cōpediti cāpū tegeatē metiti̅ fune coluerūt.Cōpedes ille q̄bus cū uincti fuerūt lacedæmōii ad memoriā uſq; herodoti īcolume māſerunt circa tēplū Mineruæ apud tegeā ſuſpēſæ. Vaſa operis antiqui:qualia ſunt archetypa & q̄lia uaſcularii artifices antiqui factitauerunt:ut mētor agragas boetus & mys:qui in argēto calādo inclaruerunt. cum in auro celando inclaruiſſe neminē miret̄ Plinius. Acto de iudæis triūpho:ne credas ueſpaſianum ſtatim ut Romā rediit de iudæis triūphaſſe:id.n.repugnat ſnīæ hiſtoricorg;:qui ꝓdiderunt ueſpaſianū expectaſſe filium titum a iudaica uictoria reuertentē:cum quo cōmunem triūphum ob res bene geſtas agere ſtatuit: quāuis utriſq; ſenatus ꝓprium decreuiſſet. Pōpa iudaici triumphi graphice p ſcripta eſt a Ioſepho libro.vii. belli iudaici:in quo inter cætera lex iudæorum geſtata fuit:quā in palatio cōditam ſeruari precepit ueſpaſianus.

Tegea op. Tegeaticus Cōpede ad uinciendos tegeatas Archetypa lex iudæorg; lata in triumpho

Veteri:prio conſulatui:quē adhuc priuatus geſſerat per duos nouiſſimos anni menſes.

M.AN. Neruorg; ualitudinē:cōtractionem: aut imbecillitatem. Apud Cremonā:ubi Antōius cum meſiacis legiōibus uitelianos duplici prælio fuderat. Demonſtratam: opem. Reſtituturum: in integrū redditurum:id.n.per quietem fuerat a Serapide demōſtratum. Calce:pedes. Auderet:ueſpaſianus. Tētauit:experiri uoluit. Euentus:effectus. Inſtinctus:ſuaſu.monitu:impulſu.

huc patre infamia nõ caruiſſet:poſt adeptum imperium ita prorſus omnem uitæ ſuſpitionem diluit:ut in
gens mortalium conſenſus humani generis delitias appellarit:tantum uel prioris uitæ mutatio ualuit:uel-
quod magis credo accuratiſſima rerũ adminiſtratio fœlix ille:ſed tu dux iucundiſſime fœlicior cui in pri
uata & publica fortuna ſemper eadem fama conſtitit:tuiſq; clariſſimus fuiſti uera namq; & certa fœlicitas
in perpetuitate conſiſtit. Cognomine autem paterno:dixit ueſpaſiano:uterq; enim pater inquam & titus
qui illi ſucceſſit ueſpaſianus eſt dictus.pli.& noſtro æuo accidit imperatoribus ueſpaſianus patre tertio:fi
lio iterum quum haud dubie de tito & patre loqueretur & rurſus quem intra quadriẽnium imperatores
Cæſares ueſpaſiani pater & filius cenſoreſq; egerunt.Item imperatoribus cenſoribus ueſpaſianis:quibus pla
næ colligitur tam patrem q̃ titum filium ueſpaſianum nominatum. Superfuit:affuit:in hunc ſane ſignifi
catum cœpit id uerbum circa plinii & tranquilli tempora uſurpari.quod Gellius ait aperitoribus repudia
tum. Imperio:ſiquidem quo amplior eſt fortuna eo magis obtrectationibus & inuidiæ obnoxio:mirum
ſane ac pœnæ incredibile dictu:quod qui in priuata fortuna odia & obtrectationes declinare nequiuerit:
in ſummo rerum faſtigio æq̃ omnibus cariſſimus fuerit.

PHI. Ne odio quidem:difficillimū planæ hoc eſt:eum qui priuatus fuerit odioſus & uituperationi publice obnoxius:in principatu apud omnes fauorabilē eſſe & gratioſum. Caiana nece:quo anno.C. Calligula fuit interfectus. Prope ſeptizoniū:nomen eſt magnæ molis & ædificii:quod ſeptē cingulis ambiebatur unde dictum uidet:græci.n.zoniō cingulon uocāt ſparcianus ĩter opa q̄ publica a ſeuero principe extructa ſunt memorat ſeptizoniū:& thermas ſeuerianas.ſed hic haud dubie de alio ſeptizonio eſt ĩtelligendū cum multis annis poſt Seuerus ĩperauerit:apud Amianū Marcellinū mentio fit ſeptizonii : quem locū

ſeptizoniū

ne odio quidem nedum uituperatione publica caruit.

De natiuitate Titi & eius educatione.

NAtus eſt.iii.calē.ianuarii inſigni anno Caiana nece ppe ſeptizoniū ſordidis ædibus cubiculo uero per paruo & obſcuro:nā manet adhuc & oſtēdit. Educatus in aula cū Britānico ſimul ac paribus diſciplinis & apud eoſdē magiſtros inſtitutus. Quo quidem tpe aiūt Metopoſcopū a Narciſo Claudii liberto adhibitū ut Britānicū ĩſpiceret cōſtātiſſime affirmaſſe illū qdē nullo mō:cæterū Titū qui ppe aſtabat utiq; ĩperaturum. Erant aūt adeo familiares:ut de potione qua Britānicus hauſta periit. Titus quoq; iuxta cubās guſtaſſe credat grauiq; morbo afflictus diu. Quorū omniū mox memor ſtatuā ei aureā in palatio poſuit:& alterā ex ebore equeſtrē:quæ circēſi pōpa: hodieq; præfertur:dedicauit:proſecutuſq; eſt.

De uirtutibus & ſcientiis eiuſdem.

IN puero ſtati corpis aīq; dotes explēduerūt magis

nympheū lauachrum

Romæ celebrem fuiſſe teſtatur ubi opis ambitioſi nympheum hoc ē lauachrū conditum fuiſſe ait a marco imperatore.ſeptizoniū dimidiatū adhuc Romæ inuiſitur & nos proximo anno curioſis oculis ſumus cōtēplati ſuperſunt tres operis ambitioſi ueluti zone colūnaꝝ pulchritudine magnificētia altitudie ſpectabiles:ex qbus cōiectat uix credibilis reliqua altitudo faſtigiū ac cacumen æſtimātibus ſi moles ĩtegras cū totis ſeptem zonis ſup eſſet. Manet adhuc.ſ.cubiculū illud:in quo natus eſt Titus ĩ aula:imperatoria. Metopoſcopū: metopoſcopus dr̄ qui addiuiat ex facile hominū : quiq; priuati ex inſpectiōe frontis:quid cuiq; euentuꝝ ſit prædicit græce:enī μέτωπον frons uocat:& σκοπός ſpeculator.Pli.i.xxxv. quēdā ex faciæ hominū addiuinantē quos metopoſcopus uocāt ex his dixiſſe aut futuræ mortis annos aut præteritæ:metopoſcopū periſraſticos ſignauit Iuuenalis illo uerſu: frōtemq; manū præbebit uati:quod autē præſita uitæ quædā in fronte hominū ſint.teſtimonio eſt trogus auctor maximus:q ſic ait.frons ubi eſt magna ſegnem animū ſubeſſe ſignat:qbus parua mobilem : quibus rotūda iracūdū hoc idem pdidit Ariſtoteles in primo de animalibus.phryſignomon uero generali uocabulo ſignificat:quiq; pfitet hominū mores naturaſq; ex corpore oculis cultu fronte pernoſcere:qualis fuit ille apud priſcos zopiros:q ſocratem dixit eſſe ſtupidū & bardū:addidit etiam mulieroſum:in quo alcibiades cachinū dr̄ ſuſtuliſſe. Vt britannicū inſpiceret:ex frontis & oris liniamētis inſpectis prædiceret qd illi eſſet euenturū:& nunqd eſſet imperaturus. Nullo mō:britannicū nequaquā imperaturum. Vtiq;:certe plape haud dubie eſt:enim hoc utiq; cū aſſeueratiōe prolatum. Adeo familiares:Titus ſcilicet & britannicus. De potiōe.quā nero uenenatam a locuſta ueneficia præparatā epulanti britannico dari iuſſit:ſicut ante dictum eſt. Iuxta cubans:prope britannicū accūbēs:mos enim erat principū liberos cū æqualibus nobilibus ueſci in aſpectu propinquorū peculiari menſa. Mox:cū id imperiū perueniſſet. Statuam ei:ſcilicet britānico. Quæ circenſi pompa:ſupra memorauimus:quemadmodū in pompa circenſi ante exhibitionem ludorum præferebantur imagines deorū & principum:inter quas britannici ſtatua tito ſic iubente præferebatur : quod erat ſpecimen non parum priſtinæ beniuolentiæ. Hodieq;:hoc ad tempora tranquilli refertur.

metopoſcopus

præſitamorum in fronte

phryſignomon

zopyrus

Vtiq;

Quis fœlix ſit

primigenia naturæ

Corporis animiq; dotes:thales mileſius unus ex ſeptem ſapientibus interrogatus : quis nā fœlix ſit:qui corpore inquit ſanus fortuna locuplex animo non imperitus eſt:philoſophi latini & imprimis Cicero ac auguſtinus:prima naturæ uocant dotes animi & corporis:quæ uarro primigēia nominauit:quæ græce dicuntur τὰ πρῶτα φύσεως.in quibus numerant incolumitatem:ualitudinem:ſenſus ĩtegros:doloris uacuitatem:uires:pulchritudinem cæteraq; generis eiuſdem:& hæc ut dicebat marcus uarro in libro de philoſophia de homines naturaliter appetunt:ut in corpore membrorū integritas & ſalus atq; ĩcolumitas ſit:in aīo uero ille dotes:quæ paruæ uel magnæ in hoīum reperiunt ingeniis.igit trāquillus ſignificare uolēs in tito fuiſſe ea bona q pria naturæ uocamus:dixit ĩ illo explēduiſſe dotes & animi & corporis.

M.ANTO. Caiana nece:Caligulæ cæde. Septizoniū:fuit is locus ĩ pte aureæ domus cōtra gregorii phanū Spartianus ait ſeueri afri id opus fuiſſe:ſed credibile eſt locū ab eo cōmunitū aut ĩſtauratū.Sed pricipatu illius omnino fuiſſe uetuſtius id molis genus erat nō multū a ſepulchro diuerſum quod idē auctor alibi demōſtrat:illatus eſt inqt maiori ſepulchro:hoc eſt Seueri:quod eſt in appia uia eūtibus ad portā dextrā ſpecie ſeptizonii extructū. Britānico:claudii & meſſaliæ filio. Quo tpe:inſtitutiōis. Metopoſcopum:

ἀπὸ τοῦ μετώπου frōte:καὶ σκοποῦ ſpeculatore:quaſi frontis ſeu lineamentoꝝ īſpectorē. Illū:britānicum. Quoꝝ omniū:ueteris educationis cōmuniſq; periculi. Ei:germanico.

ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia: & cui nō minus auctoritatis ineſſet:q̄ gratiæ p̄cipuū robur:q̄q̄ neque procera ſtatura:& uentre paulo proiectiore:memoria ſingularis:docilitas ad oēs fere tū belli:tum pacis artes armorū & equitandi peritiſſimus latinę græcæq; linguæ uel in orando:uel in fingēdis poematibus promptus & facilis: ſed ne muſicæ quidem rudis ut qui cātaret pſalleret iucūde ſcienterq;. E pluribus cōperi notis quoq; excipere uelociſſime ſolitū:cum a manuenſibus ſuis per ludū iocumq; certamen imitari chirographa quæcūq; uidiſſet:ac profiteri ſæpe maximum falſarium eſſe potuiſſe.

De officiis & ſtudio ac moribus eius:& aliis geſtis:& de uxoribus eius.

TRibūus militū & ī germāīa & ī britānia meruit ſūma īduſtria nec miore modeſtia & fama ſicut appet ex imaginū eius multitudīe:ac titulis p utrāq; pro

PHI. Per ætatis gradus:ſolēt interdū dotes animi & corporis ſeneſcere in nobis dum adoleuimus:quæ in pueritia explendue rāt uiguerātq;:ut creſcēte corpore decreſcat decor & aī uigor re lēteſcant:ſed ī Tito p omnes gradus ætatis.hæc bona primigēia enituerūt:ut puer ut adoleſcens ut iuuenis: ut in oī ætate fuerit corporis animiq; dotibus p̄pollens. Quam gratiæ:ut reuerendus eodē tēpore foret & gratioſus.in hāc ſentētiam ait Tacitus: in tito fuiſſe decorem cū quadā maieſtate. Proiectiore.uentre p minulo & prominēte. Docilitas:plato tria genera ingeniorū cōplexus eſt:quoꝝ præſtās egregiū uocat: alteꝝ deterrimū:tertiū ex utroq; temperatū mediū nūcupauit.Mediocritatis huius uult eē participē pueꝝ docilem: & quēadmodū docilitas laudabilis eſt ita īdocilitas rep̄hēſibilis:quæ ut inq̄t apuleius ſcribens de dogmate platonis prudētiā īpugnat:cōtrariaq; eſt deſcēdæ diſciplinæ. Tū belli tū pacis artes:ut inq̄t elegāter plinius in panegyrico.enituit aliqs in bello:ſed obſoleuit in pace:aliū toga ſed nō & arma honeſtarūt: Plinianæ ſniæ quadrat illud p̄pertii:hic ſatus ad pacē hic caſtrēſibus utilis armis.Titus uero docilis erat ad p̄diſcēdas artes oīs bellicas & politicas. In fingēdis:p̄prie poemata fungunt̃.officiū.n.poetæ eſt fingere:& figuratiōibus cōuelare ueritatē. Ad extēporalitatē uſq;:ut ſine p̄meditatiōe extēporali carmine oratiōe uteret̃.Extēporalitas.n.dr̄ facilitas ſubitaria & repētina quæ.ſ.ex tempore ſine iugi meditatiōe dicēda ſuppeditat:unde a Martiale extēporalis rhetor dictus eſt:q p̄ditus erat hac facilitate extēporali.id ē ex tēpore dicēdi facultate.Quin.hūc maximū ſtudioꝝ fructū eē ſentit:& ueluti p̄miū quōdā lōgi laboris litterarii. Sciēterq;:multi iucūde q̄dā cātāt ſed nō ſciēter.utrūq; erat in tito:& uocis iucūditas & muſicæ diſciplīa.

Notis excipe ſolitū:titus ſolebat p notas:q breuiter colligūt ītegrū ſenſum excipere q̄cūq; audiſſet more notarioꝝ:ut notis referas ad pūcta litteraꝝ:q̄bus ſingulis:ut ait auſonius una uox abſoluit̃.fallunt̃ q notis exponūt p familiaribus:tanq̄ dicat ſe cōpiſſe ex notis:hoc ē familiaribus titi ea q ſequunt̃:ſed elegātia non quadrat nec ſenſus cōueīt:niſi ita legas:ſolitū excipe notis.id ē p notas colligere q dicebant̃:tāta illi erat in ſcribēdo uelocitas:ut de tito merito dici poſſet:Nōdū līgua ſuū dextra pegit opus.De hiſce notis ſic refert Seneca ī.xiiii.epiſtolaꝝ.Quid uerboꝝ notas:q̄bus q̄uis citata excipit̃ oratio & celeritatē līguæ māus ſeq̄tur. Cū amanuēſibus:miniſtris a māu:quoꝝ miniſterio:utimur ī ſcribēdo:& taliū manus ī primis ſtrēua & uelox eē ſolet. Imitari:quēadmodū unicuiq; ſuus uultus ſua uox ē:ita & ſua ſcriptiōis forma ſuuſq; character.adeo ut difficile ſit ex amuſſim & ad p̄fectū rep̄ſentare alienā manū.hoc tñ titus īgenii bōitate p̄cellens factitabat:ut chirographa:& manus alienas graphice imitaret̃.Quītiliāus ait ſignū docilis naturæ eē imitationē:q effingēdi magiſtra ē. Falſariū:legimus apud iuriſcōſultos titulū ad legē corneliā de falſis:q̄ id falſum uidet̃ eſſe:ſi qs chirographū alienū imitet̃ aut libellū uel rōnē deſcribat.merito igit̃ falſarius dici pōt:& legis Corneliæ pœna puniendus:q aliena chirographa fuerit imitatus.Mars & mercurius in.v.ab Horoſcopo loco:falſarios facient aut q per pecunias publicaꝝ flaturaꝝ adulteras artifices imitent̃. Meruit:militauit. Ex imaginū multitudine:multitudo imaginū:q tito erant dicatæ:& in germania & in britannia teſtimonio eſt illum fuiſſe fauorabilē & dignū apud p̄uinciales:qui titulis & imaginibus multiiugis īſigneret̃.Scribit plinius in panegyrico ſtatuas ob egregia in rēpub.merita ſolitas ēt priuatis dicari. Olī apud romanos mario gratidiano uicatim ſtatuæ dicatæ fuerunt.Athenienſes quoq; demetrio phalerio ſtatuas.ccc.lx.ſtatuerunt:nondū anno hunc numeꝝ dierum excedente.

Tria genera ingeniorum

indocilitas

extēporalitas

Notæ uerborum amanuēſes

Falſum Falſarius

M.ANTO. Proiectiore:prominētiore. Docilitas:īgenii facilitas ad oīa capienda. Ad extemporalitatem:ut ex tēpore etiā carmē ederet:& ad dicendū par eſſet. Comperi:cognoui:accepi:didici. Excipe:dictata ualociſſime ſequi ſolitū. Amanuenſibus:libelloꝝ miniſtris alibi a manu ſeruos appellare conſueuit quoꝝ opera in conſcribendis epiſtolis ueteres uterentur. Certantem:ſcribendi celeritate. Chirographa cuiuſcūq; manū:ſtilū characterē. Falſariū:utpote q oīum chirographa optime imitaret̃. Per utrāq; p̄uī

uinciā. Poſt ſtipēdia foro operā dedit honeſtā magis q̄ aſſi-
duā. Eodēq; tpe Arricidiā Tertulo patre eqte Romāo: ſed
p̄fecto quondā p̄torianarum cohortium duxit uxorē: & in
defunctæ locū Martiā flauiā ſplēdidi generis cū ſublata fi-
lia diuortiū fecit. Ex quæſturæ deinde honore legioni p̄po
ſitus thraciam & gamalā urbes ualidiſſimas iudeæ in ptātē
redegit: equo quadā acie ſub fœminibus amiſſo: alteroq; in
ſcenſo: cuius rector contra ſe dimicans occubuerat.

De uictoria ciuitatis hieruſalem: & aliis geſtis eius.



GAlba mox tenēte rempublicā miſſus ad gratulan-
dum: quaqua iret cōuertit homines quaſi adoptio
nis gratia arceſſeretur: ſed ubi turbari rurſus cun-
cta ſenſit: rediit ex itinere: aditoque paphię Veneris oracu-
lo dū de nauigatione conſuluit etiam de imperii ſpe confir-
matus eſt. Cuius breui cōpos: & ad perdomandam iudęam

ciam: germaniā & britanniam.
PHI. Poſt ſtipendia. ſ. milita-
ria. Foro operā dedit: cauſas fo
rēſes exercuit. Honeſtā magis
q̄ aſſiduā: iſtar magni patrōi cau
ſas nobiliores tantū mō ſuſcipie
bat. Tertulo patre: alterius ter-
tuli meminit Iulius capitolinus:
qui fuit adulter fauſtinæ coniu-
gis marci antonini. Defunctæ:
arricidiæ primæ uxoris. Marti
am fuluiam. ſ. duxit uxorē. Sub
lata: ſuſcepta genita. Thraciam
& gamalā: uetus & ptinax mēda
occupauit codices trāqlli ut paſſim a doctis indoctiſq;
legat. thraciam & gamalā: cū thraciā tantū diſtet a iu-
dæa quantū hypāis ueneto diſſidet eridiano. igit expū-
cta dictione ſubditicia uera dictio a nobis ſubſtituēda
eſt: ut p thraciā legamus tarichean: ſicut hiſtoriæ fides
Tarichea expoſcit & nois ſimilitudo ſuffragat. Tarichea āt ciui-
tas iudeæ ē iclyta iuxta locū: quē zeneſerā uocāt in cu-
ius oppidi oppugnatiōe Titus primus in hoſtes citato
equo porrexit: quoſdā ex iudæis a tergo inſtantes alios
per tranſitū occidit: nōnullos ante capiens ictu ora trāſ
uerberat multos aliū ſuper aliū lapſos inuoluens confi
gebat. Veſpaſianus lætatus eſt tanta filii uirtute: qui pri
mus irruit in urbē taricheas: per lacū zeneſeram: quem
cæteri cōſecuti. ſunt tantus tunc pauor tarichearum de
fenſores iuaſit. ut nemo ſuſtinue
Titi uirtute capti tarichitæ rit phibere uenIētē: & ita titi uir
tute ciuitas capta: tarichitæ ſupa
ti: hiſtoria latiſſime explicat a Io
ſepho i tertio belli iudaici. & ab
egeſippo i hiſtoria iudaica: apud
pliniū in. v. thariciæ nominātur
pro taricheæ: ubi ſcribit lacū ze
neſarā: amenis circūſeptum oppi
dis eē a meridie thariciæ quo &
nomine aliqui etiā lacum appel-
lant ab occidente tiberiade. Plinius tharicien dixit: quā hiſtorici modo tarichean ſingulariter modo plura-
Gamala: a cameli ſimilitudīe liter taricheas protulerunt. Gamala uero urbs eſt iudeæ contra taricheas poſita ſupra lacum zeneſarā: quæ
cameli ſimilitudinem p̄ferens inde nomen accipit: ſed corrupto incolarum uſu pro camela nomen gama-
læ ihesit. Memoratu dignum eſt quod in oppugnatione gamalenſium accidiſſe traditur: nāq; in ipſo cōfli-
turbo tela torquebat ctu ortus eſt turbo: qui romanorum tela ferebat in gamalenſes: gamaliēſium uero ſagittas & ſpicula retor
quebat auctores Ioſephus & egeſippus. Gamalam introiuit titus eamq; funditus excidit: cum gamalenſes
partim manibus romanorum militum trucidarentur: partim ſe præcipitarent: adeo ut præter duas mulie-
Fœmina inter fœmineum res nullus ſaluus euaſerit. Sub fœminibus: in partibus femorum quæ interiores ſunt: æquum titi percuſ-
ſum expiraſſe ſignificat. Fœmina enim ſunt partes fœmorum interiores. Inter fœmineum eleganti uocabu
lo appellat Apuleius genitalia muliebria: eo q inter fœmina ſunt collocata. Cuius: equi. Miſſus ad gra
tulandum: Cornelius Ta. in hanc ſententiam ſcribit hæc: titus Veſpaſianus e iudæa incolumi adhuc gal-
ba miſſus a patre: cauſam profectionis officium erga principem & maturam petendis honoribus iuuentā
ferebat: ſed uulgus fingendi auidum diſperſerat aſcitum eſſe in adoptionem. Accerſeretur: euocaretur: ut
a galba tunc adoptaretur quando piſonem adoptauit. hinc accerſitores dicti uocatores. Apuleius: mittunt
e ſuis accerſitorem unum. Quaqua iret: quocunq; loco & quacunq; parte. Rediit ex itinere: Corinthi:
quæ achaiæ urbs eſt: accepit nuncios certos de interitu galbæ: unde anxius fuit ante in urbem pergere per
ſeueraret: fuerunt: qui crederent accenſum titum deſiderio beronices reginæ uertiſſe iter ad patrem. Adi
to paphiæ oraculo: Titus oram achaiæ præter uectus: cum in cyprum inſulam perueniſſet: cupido illum in
De uenere paphia ceſſit adeundi uiſendiq; templum paphiæ ueneris inclytum per indigenas aduenaſq;. Conditor tēpli fuit
rex uenerianus: p̄cibus & igne puro altaria adolentur: nec ullis ībribus q̄q̄ in apto madeſcunt: ſimulachrū

deæ eſt non effigie humana:ſed continuus orbis latiore initio:in ambitũ tenuẽ:metæ mõ exurgens. Titus de nauigatione primũ conſuluit:poſtq̃ pandi uiam & mare proſperum accepit:de imperio per ambages q̃ſdam interrogare cœpit:Cæſis compluribus hoſtiis. ſacerdos nomine ſoſtratus ubi læta exta uidit:petito ſecreto futura aperuit:qui aucto animo ad patrem rediit. Cor. Taci. auctor.

M.AN. Foro:foréſibus cauſis. Honeſtã opam:ad grãm & phamã conciliandã. Defunctæ:Arricidiæ. Sublata filia:filia ex ea ſuſcepta. Ex quæſturæ honore:Tacitus inter legatos maiorem filiũ a ueſpaſiano aſſumptũ dixit. Thracias & gamalam:Pli. in ſamaria phœniciæ parte gamalam ponit:& Thraciné nõ thraciã in paleſtina ſyria. Sub fœminibus:q̃ partes fœmina eſſent bis eſt ſupra demonſtratũ. Quaqua : quacunq;. Paphiæ ueneris:pli. de Cipro:oppida inqt in ea. *xv*. paphos palepaphos. Ver. Ipſa paphum ſublimis abiit. Dionyſius: Tũ uero & cypros intra pamphiliæ ſinũ gratiſſima olim ſedes ueneres dioneæ.

relictus nouiſſima hieroſolymorum oppugnatiõe. xii. propugnatores totidem ſagittarum confecit ictibus cœpitq; eã natali filiæ ſuæ tanto militum gaudeo ac fauore:ut in gratulatione imperatorem eum conſalutauerint & ſubinde decedentem prouincia detinuerint:ſuppliciter necnon & minaciter efflagitantes aut remanerét aut ſecum omnes pariter adduceret:unde nata ſuſpitio eſt quaſi deſciſcere a patre orientiſq; regnum ſibi uendicare tentaſſet. Quã ſuſpitionem auxit poſtquam Alexandriam petens in conſecrando apud memphim boue Api diadema geſtauit. De morte ſiquidem rituq; priſcæ religionis:ſed non deerant qui ſecius interpretarentur. Quare feſtinás in Italiam quum rhegiũ:dein puteolos oneraria naue appuliſſent:Romam inde contendit expeditiſſimus:inopinatiq; patri uelut arguens rumorum de ſe temeritatem:ueni inquit pater ueni.

PHI. Relictus:Tacitus ſic. cæſar Titus perdomandæ iudææ delegatus a pře. Hieroſolymorũ:umbilicũ totius iudææ fuiſſe hieroſolyma teſtant̃ hiſtorici: cuius ciuitatis ɔditor fuit ex cognométo iuſtus:potentiſſimus cananeoꝝ:q ſano ædificato hieroſolyma uocauit cum antea ſolyma uocaret̃. Hieron. n. græci templũ uocãt. De hieroſolymis alibi pluribus. Propugnatores: iudæos: q ꝑ deféſiõe hieroſolymoꝝ ꝓpugnabãt. Sũt. n. ꝓpugnatores q pugnãdo ex muris ex uallo ꝓpulſãt aduerſarioſ:patriãq; tutãt̃. uñ & ꝓpugnacula dñr. defenſionis cã in urbibus parata. Cõfecit: trucidauit. Liuius alteꝝ curiacium cõficit. ide cõfectores feraꝝ íteremptores dicti. Cœpit eam natali filiæ. viii. die menſis ſeptẽbriſ anno ſecũdo pricipatus ueſpaſiãi hieroſolyma ciuitas a tito capta eſt. ut ſcribit Ioſephus I. vii. quinquies autem antea prius capta fuerat a barbaris regibus & a magno põpeio. Imperatoré cõſalutauerint:refert philoſtratus in. *vi*. apollonii gentes finitimas ob uictoriam iudaicã coronare Titũ uoluiſſe qui tali honore idignũ ſe eſſe reſpondit. nõ. n. ſe eſſe taliũ opeꝝ auctoré:ſed deo iracundiam cõtra iudæos demonſtranti ſuas manus præbuiſſe:quæ cũ audiſſet apollonius Thyaneus uæheméter uiꝝ laudauit:q uideret̃ Titus igenio abũdare & modeſtia:tum uero diuinaꝝ humanarũq; reꝝ naturam noſſe:cũ ſanguinis cauſa coronari noluiſſet. Subinde:mox:deinde. Deſciſcere:deficere ac rebellare. In cõſecrãdo boue api. bos in ægypto numinis uice colit̃:qué apim uocãt:nõ eſt fas eũ certos uitæ ãnos excedere:merſumq; in fonte enecãt: q̃ſituri luctu aliũ qué ſubſtituãt donec inueniãt merét:deraſis ẽt capitibus:nec tñ uſq; diu quærit̃. Iuuentus deducit̃ a ſacerdotibus méphin:grex pueroꝝ comitat̃ carmé honori eius canétiũ Méphi eſt locus in nilo quem a figura uocãt phialã:oĩbus annis ibi aureã paterã argenteãq; mergétes diebus quos hñt natales apis:q ſunt ſeptem:nemoq; p eos a crocodillis attigit̃. De api pli. ſolinus & herodotus nõ pauca ꝓdiderũt:qñ po. iudaicus fecit ſibi uitulũ cõflatilem & adorauit. ſcito id pp ſuperſtitioné apis bouis a ſuperſtitioſa natione factitatũ:ſicut interp̃tat̃ interpres inſtrumenti ueteris canonicæq; ſcripturæ. Amianus Marcellinus libro hiſto. xxii. refert apim bouem lunæ ſacratũ eſſe:in quo uiſant̃ notæ diuerſæ genitaliũ:cui bos fœmina iuenta cũ certis notis offert̃:auctor eſt ſpartianus adriani pricipatu exortã eſſe alexãdriæ ſeditioné ob apidé : q cum repertus eſſet poſt multos annos turbas íter populos creauit:apud quem deberet locari oĩbus ſtudioſe certantibus Macrobius apim ſolem intelligi autumat in primo ſaturnalium. Diadema:hoc exigebat ritus religionis:ut qui conſecraret bouem apin:ille diademate foret inſignitus:quod cũ ſit íſigne regum ſuſpitioné fecit regni affectati. De more ſiquidem:ſenſus eſt ita quidem erat mos & ritus uetuſtæ religionis uel potius ſuperſtitionis:ut cum diademate prodiret qui apin conſecrabat. ſed non pauci id aliter interpretabant̃: tanquam Titus regnare uellet. Secus aliter: Rhegium:in margine Italiæ ſitum eſt oppidum rhegium : cui græci nomen dedere ab argumento dehiſcédi cum in eo loco ſicilia ui motus terræ ab Italia fuerit auulſa: unde a uerbo græco ρυγνυμι quod eſt frango rhegũ dictum. auctores Strabo & pli. hinc rhagadia:& rhagades uocantur ſciſſuræ quæ in ſede proueniunt:apud Plinium multiiugæ ſunt medellæ ad rhagadia .& rhagadas hoc eſt ani fiſſuras. Contendit:perrexit. Expeditiſſimus:ſine impedimentis & ſarcinis. Velut arguens:refutans atq; conuincens. Rumorum temeritatem:cum ſit rumor ſine certo auctore diſperſus

Vmbilicus iudææ
Hieroſolyma
propugnatores
propugnacula
Conficere
cõfectores
ſexies capta hieroſyma
Apis bos
Apis
uitulus cõflatilis
Rhegium
Rhagadia
rhagades

Pro rumoribus cõtra rumores

ſermo merito temeritaté rumoꝝ dixit:loci ſunt cões apud oratores pro rumoribus & cõtra rumores:tanꝗ his credi nõ oporteat:cum temerarii ſint & nullo auctore ſubnixi. Veni ueni:repetitiõe uerbi uſus eſt : ut oſtenderet falſidicos illos fuiſſe & uanidicos:ꝗ perſuaſerant ueſpaſiano titũ nõ amplius uétuꝝ:ſed in oriéte regnum ſibi uédicaturum. Fuit.n.filius patri obediétiſſimus ꝗ apollonio demulcente collum eius robuſtum:íterrogáſꝗ ꝗs tam ualida ceruice tauꝝ cogeret iugũ ſubire.rñdit:ꝗ me uitulũ a primordiis educauit:p̃rem uꝫ denotás:cui obtépare paratus ſũ iq̃t apud philoſtratũ:ꝙ ita me a puero ſuis ꝓceptis aſſueſecit. M.AN. Hieroſolymoꝝ:Iudææ urbs eſt itoparchia nornie dicta lõge ut Pli.ait urbiũ oriétis clariſſima de eius cõditione & increḿetis plura Strabo. Propugnatores:urbis defenſores. Natali filiæ ſuæ:quo accidit ut idumæa ſit cognominata.Euſebius auctor eſt ea expugnatiõe ſexcenta iudæoꝝ milia íterfecta.Ioſephus undecies centum milia fame & ferro conſumpta ac centum captiuoꝝ milia uẽdita. Cõſecrando: dedicãdo ſacrũue faciẽdo:de api boue Pli.& Herodotus præter ea quæ a nobis ſunt ſuo loco tradita non pauca ediſerũt. Diadema:regiũ íſigne. Secus:quaſi regiũ nomé nõ religioné ſecutus id capiti inſigne idu xiſſet. Regiũ:extremũ Italiæ oppidũ circa fretum ſiculũ. Arguens:refellens:diluens.

De adminiſtratiõe principatus cum p̃re & aliis geſtis in ea.

NEꝗ ex eo deſtitit participem atꝗ tutorem imperii agere. Triumphauit cum patre cenſuramꝗ geſſit una:eidem collega:& in tribunitia poteſtate:& in ſeptem conſulatibus fuit. Receptaꝗ ad ſe prope omnium officiorum cura quum patris nomine & epiſtolas ipſe dictaret:& edicta conſcriberet orationeſꝗ in ſenatu recitaret:etiam quæſtoris uice:præfecturam quoꝗ prætorii ſuſcepit:nunquam ad id tempus niſi ab equite Romano adminiſtratam. Egitꝗ aliquando inciuilius & uiolentius:ſiquidem ſuſpectiſſimum quenꝗ ſibi ſubmiſſis:qui per theatra & caſtra quaſi conſenſu ad pœnam depoſcerent:haud cunctanter oppreſſit. In his Aulum Cecinnam conſularem uirum uocatum ad cœnam:ac uix dũ triclionio egreſſum confodi iuſſit. Sane urgente diſcrimine:quũ ét chirographum eius præparatæ apud milites coniurationis deprehédiſſet: quibus rebus ſicut in poſteꝝ ſecuritati ſatis cauit:ita ad præſens plurimum traxit inuidiæ:ut nõ temere quis tam aduerſa re magiſꝗ inuitis omnibus tranſierit ad principatum.

agere ꝑticipem impii

PHI. Participé imperii agere: ſupra dc̃m eſt quemadmodũ elegás eſt ꝑide & frequẽtiſſima hæc elocutio:ut ita dicamus:agit amicũ pricipis:agit publicanum:agit ꝑticipé impii:agit oratoré: ꝑ eo qđ eſt:fungit̃ offõ publicani:ſuſtinet munus participis impii:exhibet ſe oratoré dixit Cor.Ta.de domitiáo filiũ pricipis agebat.dixit idem de mutiáo ſociũ magis imperii ꝗ miniſtrũ agés. Tutoré:ut una cũ p̃re tutaret̃ ipiũ:

Iuuẽtus ſenectus ſimul regnãt

Iuuẽtute aũt una cum ſenectute regnũ gubernáte:ꝗ lyra quæ fiſtula:ut ueriſſimis inq̃t:apud philoſtratũ apollonius:iucũdioré reſonabit armoniá:hic.n.ſenectus roboris aliꝗd accipiet:& iuuẽtus iordiate nõ efferet̃:admonetꝗ titũ ut patri ſimillimus ſit. Triũphauit cũ p̃re triũpho.ſ.iudaico: quo Veſpaſiáus prior ibat. Titus ſeq̃bat̃. Céſuráꝗ geſſit una:pli.i.yii.meminit huius céſuræ: quã duo Veſpaſiani p̃r & filius ſimul geſſerũt.Sic.n.inq̃t accedũt experiméta & exempla recẽtiſſimi céſus:qué itra quadriéniũ imperatores Cæſares Veſpaſiani pater filiuſꝗ cenſores egerũt. In tribũitia poteſtate:quia imperatores peculiariter decorabant̃: hinc Plinius in prohemio natu.hiſto.titum appellat participem cũ patre poteſtatis tribũitiæ. Recepta ad ſe officiorum cura:

Titus imperator

Titus qđ rarenter fieri ſolet:imperante adhuc patre appellatus eſt Romæ imperator:ut iquit Apollonius:ex quo exiit illud plinianũ ex prohemio nat.hiſto.ſciátꝗ omnes ex æquo tecum uiuat imperium triumphale & cẽſorium ius:exeaſꝗ conſul ac tribunitiæ poteſtatis particeps. Edicta:imperatoria. Etiam quæſtoris uice:

Quæſtor cãdidatus principis

eum quæſtorem ſignificat qui candidatus principis dicebatur quiꝗ epiſtolas eius in ſenatu legebat:ut refert Vlpianus titulo de officio quæſtorum.De tali quæſtore loquitur Tacitus:cum ait:Oratio pricipis per quæſtorem eius audita eſt. Niſi ab equite romáo adminiſtratam:hinc dixit plinius Titum affeciſſe dignitate ordinem equeſtrem:dum præfectus prætorio nobilitat illum magiſtratum a ſolis equitibus adminiſtrari ſolitũ.Verba plinii ſunt hæc:& quod his nobilius feciſti dum illud patri pariter & equeſtri ordini ꝑ-

præfectus prætorio

ſtas:ꝑfectus prætorii eius.Erat aũt præfectus prætorio talis apud pricipem:qualis magiſter equitum apud dictatorem:appellari a ſentétiis præfecti prætorio non poterat. Suſpectiſſimum quenꝗ oppreſſit:Sextus Aurelius:nam præfecturam patre imperante adeptus:ſuſpectum quenꝗ & oppoſitum ſibi immiſſis ꝗ per theatra & in caſtris inuidioſa iactantes:ad pœnam poſcerent.quaſi criminis conuictos oppreſſit. Submiſſis:occulte & furtim immiſſis quibuſdam.abſoluta elocutio eſt per ſeptimum caſum. Haud cunctanter:

Incõtanter

ſine conctatione : quod & incontanter dicitur. Aulum cecinnam:Sextus Aurelius cauſam cecinnæ mortis fuiſſe memorat ſuſpitionem ſtuprate beronices : quæ a Tito amabatur . Tranquillus uero ſentit confoſſum fuiſſe ex ſuſpitione coniurationis:ob inuentum chirographum:quo continebatur præparata apud

milites coniuratio. Vocatum ad cœnam:culpa fit atrocior a loco:cũ dii hoſpitales & ſacra mẽſe hoſpitis ſanguine pollunt᷑.Conſimiliter Demetrius poliorcetes.hoc eſt expugnator urbium cognominatus Alexan drũ ad cœnam uocauit eũq; e cœnaculo egredientem multis uulneribus cõfodi imperauit.Legimus apud ſcriptores eccl'iaſticos Symonẽ uocatũ ad cõuiuiũ fuiſſe ĩterfectũ:una cũ duobus filiis a Ptolemæo conui uatore. Securitati ſatis cauit:ut ſecurior deĩceps foret & tutior. Quis:qſpiã alius. Tã aduerſa re:alii codices hñt aduerſo rũore:utrũq; referť ad iugulationẽ cecinæ & oppſſionẽ eoꝝ quos ſuſpectos habebat.

Demetrius poliorcetes

M.AN. Principem:principis munus & perſonam ſuſtinens.pli.ad eũdem Titũ:ſciunt omnes q̃ ex æquo tecum uiuat imperiũ. Triumphauit cum patre cenſuramq; geſſit:idem auctor:triumphale & cenſorium ius exeaſq; conſul ac tribũitiæ poteſtatis particeps. Etiam quæſtoris uice:nã ut diximus quæſtoꝝ erat pu blicas in ſenatu lr̃as recitare. Præfecturam prætorii:plinius in eodem fere loco:& quod his nobilius feciſti:dũ illud patri pariter & equeſtri ordini præſtas præfectus prætorii eius. In ciuilius:parũ ciuiliter quaſi conſenſu ſuo & patris quũ patre inſcio id faceret. Haud cũctanter:ſine mora & cũctatione ulla. Aulum cecinnam:is eſt:qui uitelianarum partium dux primus ad ueſpaſianum defecerat. Vrgente diſcrimine:periculo imminente:quod audacius pœne fuit palam occidere:quũ iam coniurationis conſilia mota eſſent. Eius:cecinnæ. Securitati ſuæ. Cauit:cæde cecinnæ. Quis:aliis quiſquam.

De ſuſpitione uirorum conuerſa in laudem ſuam & de gratia & magnificentia eius.

PRæter ſæuitiã ſuſpecta in eo ẽt luxuria erat quod ad mediam noctem comeſationes cum ꝑfuſiſſimo quoq; familiariũ extenderet: nec minus libido propter exoletorũ & ſpadonũ greges: propterq; inſignem reginæ Beronices amorem:cui etiã nuptias pollicitus ferebatur. Suſpecta:& rapacitas quod cõſtabat in concionibus patris nũdinari premiariq; ſolitũ:deniq; pro palã alium Neronem & opinabanť:& etiã predicabãt. At illi ea fama pro bono ceſſit: cõuerſaq; eſt in maximas laudes:neq; ullo uitio repto & cõtra uirtutibus ſũmis. Cõuiuia iſtituit iucũda magis q̃ ꝑfuſa:amicos elegit qbus ẽt poſt eũ principes: ut & ſibi & Reipub. neceſſariis acquieuerunt præcipueq; ſunt uſi

PHI. Luxuria ſuſpecta: imodica profuſio in uictu:& prolixior in epulis mora. Comeſationes:ſupra docuimus comeſationem accipi peculiariter a Trangllo omnem cibum: q poſt cœnã ſumitur:quod plane luxurioſi ẽ: unde & comeſari accipiť pro cibum capere iã exacta cœna:ſicut etiam apud Liuiũ nouiſſimo belli macedõici Demetrius iam cœnatus q comeſatum ingt ad fratrem iuuiſ.Hinc factum eſt ꝙ comeſationes iterdũ accipiunt pro intempeſtiuis epulis & extraordinario ac eſculẽtiore uictu.Et comeſatores dicti:q ĩdulgent gurgitibus prãdioꝝ & uoraginibus cœnaꝝ.Cã noĩs ante fuit explicata. Nec minus libido.ſ.erat ĩ Tito ſuſpecta. Exoletoꝝ & ſpadonũ:hæc ſunt inſtrumenta libidinoſi principis & uenetii:de qbus non pauca antedictum eſt.Romæ fuiſſe exoletos:q paſſiua libidine proſtituerenť iſtar proſtitutaꝝ meretricum:teſtis eſt Lampridius:q ſcribit Alexandrũ romanorũ habuiſſe ĩ animo ut exoletos uetaret:quod poſtea philippus fecit:ſed ueritus eſt ne prohibens publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret:cum homines illicita magis poſcant:prohibitaq; furore perſequanť. Beronices amorem:de hac Tacitus:nec minore animo regina beronice iuuabat partes florens ætate famaque & ſeni quoque ueſpaſiano magnificentia munerum grata.Idem alio loco indicat beronicen a Tito adamatam fuiſſe:cum ait: animum Titi iuuenilem non abhorruiſſe a beronice:cuius deſiderio accenſus ferebatur olim ex græcia ĩ iudæam uertiſſe iter.Opinor hanc eſſe illam beronicen Agrippæ ſororem.cuius magna mentio fit apud Ioſephum & Aegeſippum: de qua uulgatus eſt rumor:ꝙ cũ Agrippa fratre coiret.unde ad falſas collocutiones coarguendas polemoni liciæ regi denupſit:quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt.cum beronicen propter nimietatem coitus. polemonem dimiſiſſe prodatur:aliæ beronices celebrantur a clariſiimis conditoribus. Nuptias pollicitus: ob hoc Sextus Aurelius uidetur appellaſſe beronicen Titi uxorem. Nundinari: palam uendere edicta ſententias paternas:hoc enim ſignificat nũdinari:quo uerbo frequenter utiť Iulius firmicus: qui in.vi. matheſeos ait:queſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nũdinabit:& ad coitum fratrem iuitabit & filium.Idem in primo:ſylla in ſcurrarũ gremiis per damna nũdinati pudoris adoleuit.Idẽ alibi: nundinati ingt ſanguinis iactura ſe uendent.Apuleius quoq; in hãc ſignificationẽ ait:toti nũc iudices ſententias ſuas ꝓcio nũdinanť.Igiť Titus dictus eſt nundinari in cõcionibus patris: quoniam quotienſcunq; pater concionabať:tunc ipſe palam uenditabat quæcunq; cuicunq; collibuiſſent:nec ad nundinas unde uerbum deduci uideť eſt referendũ:cũ nundinari non ſolũ ſignificet in nũdinis uendere atq; mercari:ſed quocũq; loco & tempore inſtar nundinarũ uenditate:quod & Cicero in tertia antoniana demonſtrat:cũ ait. At uero huius domi inter ciues illius appendebať aurũ:numerabať pecũia una in domo:omnes quorũ iter erat totũ imperium Romanum nundinabanť.Ab eodem nundinæ flagitioſiſſimæ ĩmunitatum oppidorũ uectigalium dictæ:pro turpiſſimis uenditionibus:quæ fiebant in.M.Antõii domo ceu in officina:flagitioꝝ.

Comeſationes

Comeſari

Comeſatores

Berõices

nimietas coitus in beronice

nundinari

nũdinatus pudor

Præmiari:lucrari. Alium Neronũ a ſimilitudine morũ:Sextus Aurelius rapinaꝝ cupidũ:unde Neronẽ cũcti uocãtes opinãteſcꝫ ſũmã reꝝ nactum grauiter acceperãt. Pro bono ceſſit:Sextus Aurelius: ſed hæc in melius cõuerſa ĩmortalé ei gloriã cõtulere.Et cõtra uirtutibus ſummis:cũ ecõtrario reptæ in Tito eẽnt uirtutes eximiæ. Iucũda magis quã profuſa:ſicut conuiualis ꝓfuſio rephẽdi ſolet:ita iucũditas comitaſcꝫ laudari:in cõuiuio debent eſſe belli conuiuæ:ſcitus conuiuator:tp̃s lectum:apparatus nõ neglectus. Poſt eum principes:ex hoc laudaᷣ Titi ſolertia utpote principis circũſpectiſſimi:q tales amicos eligebat:ut ſucceſſuri principes eiſdem uterenᷣ:tanq̃ meliores utiliores ue reperire nõ poſſent. Sumptam ſibi: corrige: ſunt uſi:& hic diſtinguẽdum ut cũ ſnĩa ſuperiore coniugas:tanquã ſit ſenſus:principes poſt Titum uſi ſunt præcipua opera illorum:quos Titus amicos elegit:ſic enim elegantior nitidiorcꝫ textura eſt & diſtinctio: quam ſi iunctim legas præcipuecꝫ ſumptam ſibi beronicen:indecora nimirum & perinde inſulſa elocutio. Quocirca ita legito.præcipuecꝫ ſunt uſi:ut ibi facta diſtinctione & quaſi pauſa ſubſequatur.

quæ conueniant cõuiuio

M. AN. Suſpecta:male opinantibus obnoxia. Luxuria:epularum crapula:& nimiæ potationes. Libido:ſuſpecta fuit repete. Beronices:fuit hæc Ariſtoboli prius:mox Antipatri uxor.cuius Ioſephus ſæpe meminit. Nundinari: quæſtus cauſa nundinas celebrare:erant nundinæ dies:quibus mercandi cã ruſtici romam conueniebant:ut ſit ſenſus ſolitum Titum uendere atcꝫ emere nõ pauca ex occaſione quum patre cẽſore uulgus ex agris in urbem conueniret:ipſecꝫ illius actiones ſordidæ negociationi accõmodaret: aut nũdinari nũdinas indicere pactus.ſ.cũ iis quorũ intereſſet pecuniã:ut ex illorũ cõmodo nundinæ indicerenᷣ atcꝫ ob id forte p̃miari ſubiũxit.Cicero nundinationẽ protulit:quã in oĩbus ait locis nũdinationem iuris & fortunaꝝ fore putatis. Aliũ Neronẽ:ſaltandi cantãdicꝫ ſtudio & libidine. Pro bono ceſſit: bñ uertit. Sũmis uirtutibus:repertis. Quibus:uiris. Poſt eũ.Titum. Principes:q ſecuti ſunt. Neceſſariis:utilibus. Acquieuerunt:ob ſapientiſſima conſilia multum tribuerũt ac quodã mõ in cunctis obſecuti ſunt.

Beronicẽ ſtatim ab urbe dimiſit inuitus inuitã. Quoſdam e grauiſſimis delicatorũ:q̃q̃ tam artifices ſaltationis ut mox ſcænã tenuerint:nõ modo fouere prolixius:ſed ſpectare in publico omni cœtu ſuperſedit. Nulli ciuiũ quicquam ademit:abſtinuit alieno:ut ſiquis unquã ac ne conceſſas quidẽ ac ſolitas collationes recepit. Et tamen nemine ante munificẽtia maior amphiteatro dedicato thermiſcꝫ iuxta celeriter extructis munus edidit apparatiſſimũ largiſſimumcꝫ dedit & nauale prœliũ in ueteri naumachia:ibidem & gladiatores:atcꝫ uno die quincꝫ milia omne genus ferarum.

De liberalitate & ciuilibus geſtis.

NAtura ãt beniuolẽtiſſimus:quũ ex iſtituto Tiberii oẽs dehic Cæſares beneficia ſupioribus ɔceſſa pri

PHI. Beronicen ſtatim ab urbe dimiſit: regia profecto res eſt ſeipſum uincere: & ille cum primis admirabilis: ut inquit Seneca:qui ſibi imperat: qui ſe habet in poteſtate cum facilius ſit gentes barbaras uincere q̃ aĩum ſuũ continere.Dixit Plato & repetit Platonicus Apuleius animanti ſanitaté adeſſe & uires & pulchritudinem:cũ rationabilis aĩæ portio ueluti dña reginacꝫ dominaᷣ ſibicꝫ ſubiicit cupiditates: quas ancillari ac obedienter obſequi decet rationi imperatrici. Valentinus imperator die fati ſui dixit ſe una tm̃ uictoria gloriari:requiſitius qua rñditcꝫ inimicorũ nequiſſimũ deuinci carnẽ meã.alexander magnus exiſtimabat nõ minus regiũ opus eſſe ſeipſum domare q̃ hoſtes:uñ Pli.alexãdrum magnũ nõ minoré illo p̃claro facto qñ appelli dono dedit dilectã cõcubinã fuiſſe autumat: q̃ uictoria aliq̃ : q̃ppe tunc ſe uicit nec thoꝝ tm̃ ſuũ.ſed ẽt affectũ donauit artifici.Conſimiliter Titus cum prius ardẽter beronicen deperiſſet:poſtq̃ factus eſt imperator domitis affectibus eã remiſit in patriã:tãquã alii mores decuiſſent adhuc priuatũ.alii principi iam facto cõuenirent:hinc ait Sextus Aure.denicꝫ ut ſubiit pondus regiũ beronicen nuptias ſuas ſperãtẽ regredi domũ:& enaruatorũ greges abire p̃cepit: quo facto qſi ſignũ ꝓtulit mutatæ intẽperantiæ. Tam artifices ſaltationis:tam peritos:ſcienteſcꝫ artis ſaltatoriæ. Vt mox ſcenam tenuerit:hoc ſpecimẽ eſt haud dubiũ illos fuiſſe ſaltatiõis & artis ludicræ ſcios:cũ nullus in ſcæna hiſtrioniã exerceat niſi optime calleat ſaltationem & geſticulationẽ. In publico oĩ cœtu: emendatius leges oĩo qua omni:ut ſit ſenſus.Titus ceſſauit pœnitus in publico cœtu ſpectare ſaltatores:quos gratiſſimos habebat:tanquam id genus homines in priuato magis q̃ in publico ſpectari a priucipe cõueniat. Supſedit:ceſſauit omiſit. Vt ſi quis unq̃:ſubintellige abſtinuit. Collatiões:tributa ĩtelligit:quæ cõferri ex more ſolebant:unde a cõferẽdo collatiões dictæ:laudat traianũ Plinius pãegyriſta:q collatiões remiſerit.exigicꝫ uetuerit. Nemine mũificẽtia minor:cõparãdus liberalitate & regia munificentia erat omnibus anteceſſoribus cũ nullo foret ĩferior. Vñ fit ut ex hac uel ſola uirtute ſit extollẽdus celebrãduſcꝫ ampliſſimo præconio cum nulla ferme res:tam fauorabilem tancꝫ amabilem & laude dignum principem faciat.quam munificentia:quæ immortalitati conſecrauit Alexandrum magnum:qui aliquando interrogatus ubi theſauros haberet apud amicos reſpondiſſe fertur tanquã fidelius pecuniæ deponanᷣ apud amicos q̃ in loculis recõdanᷣ.Ita tu quocꝫ inclite Annibal facito:ut theſauri tui ſint apud amicos:qui munificentia fidiſſimi : de-

uincere ſe ipſum

laus alexandri magni

laus liberalitatis

dictũ alexãdri

uotiſſimiq; cŏparant. Amphitheatro dedicato:Euſebius chronographus Titus inquit amphitheatrū romæ ædificat & īdicatiōe eius quinq; milia ferarū occidit.idē tradit eutropius.Cŏſpicabilis adhuc ē īter cætera mirāda moles amphitheatri:qđ opus nullæ priuatæ opes efficere poſſent. Celeriter extructis: pp hāc in extruēdo celeritatē uř dixiſſe epigrāmatarius poeta.hic ubi miramur uelocia mūera thermas. Munus apparatiſſimū:ſpectaculū gladiatoriū cū maxīo apparatu. Ibidē:in naumachia. Omne genus:oīs generis locutio frequēs ē & elegās omne genus:& id genus ꝓ oīs generis & huiuſce generis. Quū ex inſtituto Tyberii:hūc ſenſum ſub obſcurū apertioribus uerbis explicat.Sextus aurelius:cū ſic ait dehinc donata cōceſſa ue a prioribus prīcipibus firmare inſequētes ſolerēt:ſimul ut īperiū cœpit talia poſſidētibus edicto ſponte cauit uel cōceſſit:inſtituerat enī Tyberius ut dōata cōceſſaue beneficia a ſupioribus principibus rata nō eſſent:niſi inſequentes eadem confirmaſſent:nouo quodā quaſi beneficio iterum conceſſiſſent. Titus uero noluit uideri taliū ipſe beneficiorum exhibitor:nec talia a ſe peti amplius uoluit:ſed edicto promulgato illa omnia confirmauit quæ fuerant iam pridem a ſuis conceſſa anteceſſoribus.

monitio ſalubris
oē genus
id genus

M.AN. Inuitus:Titus. Inuitam:Beronicē. Tā artifices:adeo docti ac periti. Scænā tenuerint: publice operā in ſcæna nauauerint:aut prīcipes ſui ordinis fuerīt. Publico ī cœtu:frequētiſſimo cōuentu : aut certe publico ſpectaculo. Vt ſi qs:nō mīus q̄ quis īpatoꝝ alius. Nemine mīor : cui uis prioꝝ prīcipū aut par munificētia:aut certe maior. Amphitheatro dedicato: Auguſtus id opus deſtinauit.ueſpaſianus extruxit: Titus dedicauit. Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte duret notior omnino eſt : q̄ pluribus explicari uerbis oporteat. Thermis quæ iuxta:amphitheatrū.ſ.de his Mar : Hic ubi miramur uelocia munera thermas. Munus:gladiatorium. Vno die:quo gladiatores edidit. Quinq; milia ferarum: uenationem ergo uariam:ac pluribus miſſibus q̄ unquam antea ullā fuiſſe oportet. Ex inſtituto Tyberii:is enim Cæſaris dictatoris & Auguſti beneficia irrita labere cœpit.

cipibus aliter non haberēt quā ſi eadē iiſdē & ipſi dediſſent primus præterea oīa uno confirmauit edicto : nec a ſe peti paſſus eſt. In cæteris uero deſideriis aīum hoīum obſtinatiſſime tenuit:ne quē ſine ſpe dimitteret:quin & admonētibus domeſticis quaſi plura polliceret̃ quā præſtare poſſet: Nō oportere ait quēquā a ſermone principis triſtem diſcedere atq; etiā recordatus quōdā ſup cœnā qđ nihil cuiq̄ toto die præſtitiſſet:memorabilē illā meritoq; laudandā uocem edidit. Amici diē perdidi:Populū in primis uniuerſum tāta p oēs occaſiōes cōitate tractauit:ut ꝓpoſito gladiatorio munere nō ad ſuū ſed ad ſpectantiū arbitriū editurū ſe ꝓfeſſus ſit. Et plane ita fecit nā neq; negauit quicquā petentibus:& ut quæ uellēt peterēt ultro adhortatus eſt quin & ſtudiū armaturæ thracū præ ſe ferens:ſæpe cum populo & uoce & geſtu ut fautor:cauillatus eſt. Verū maieſtate ſalua nec minus æquitate:ne quid popularitatis ꝑtermitteret nonnunq̄ in thermis admiſſa plebe lauit. Quędam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt:ut cōflagratio Veſeuī mōtis in campāia:

PHI. Non oportere quemq̄: uerbū profecto bracteatū & pricipe dignū : quo Titus formulā præſcripſit:quam ſequi deberent principes:ut nullū a collogo ſuo triſtem mœſtūq; abire permitterent. Super cœnam: dū cœnaret. Amici diem perdid: ſextus Aurelius quadā etiā die recordāť ueſperi nihil ſe cui q̄ præſtitiſſe: uenerando cæleſtiq; dicto:amici ait pdidimus diē. Caueant itaq; principes ne perdant amici diē. ſed quotidie nouis beneficiis nouos ſibi amicos concilient : quoniā ut inqt ſciēter ſaluſtianus ſylla apud iugurthā. nulli unquam hominū ſatis fuit amicoꝝ:ſcipio æmilianus:cuius ueſtigia in hoc imitatus uidetur Titus ex præcepto polybii:ſtudebat non prius e foro diſcedere:q̄ aliquē ex adeūtibus familiarem ſibi atq; amicū quouis pacto effeciſſet: uox hæc Titi præconio eruditorum celebrata:eſt adeo:ut eiuſdē Euſebius chronographus meminerit & Eutropius:ex cuius uerbis illud amici erit uocatiui caſus:& pluraliter enunciandū:tanquā ſit ſenſus.o amici ego perdidi diem nihil beneficii cuiquā præſtando.perinde ac dies omnis perdať:quo nulla utimur beneficentia:uerba eutropii hæc ſūt. præterea cum quadam die in cœna recordatus fuiſſet non ulli illa die ſe qcquā ꝑſtitiſſe.Dixerit amicis: hodie diem perdidi:alii uero ita legunt:ut amici ſit caſus patrius ideſt genitiuus:tanq̄ dicere uoluerit Titus ſe ꝑdidiſſe diem amici:hoc eſt nouæ amicitiæ cōciliandæ.Tu quoq; īclyte Annibal nullū diem ꝑdas quo nō tibi aut ope aut opibus amicū facias:quoꝝ nulli unq̄ fuit ſatis:qua ſuppellectile nulla ꝑcioſior ſuppellex parari poteſt. Comitate:facillitate benignitate ſuauitate. Mūere:ſpectaculo. Armaturæ thracum præ ſe ferēs.i. cum aperte oſtenderet ſe fautorem eſſe illius gladiatoriæ factionis:quæ armatura threcidica armabať:erāt enim ſicut ante dictum eſt:quidam gladiatores thraces nūcupati ab armatura thraciæ gentis:ſicut myrmilones genere armaturæ gallico ornati degladiabanť. Cauillatus eſt:cauillatiōe & deriſione proſecutus ē. Plato cauillatricem uocat adulationem legalis partis ciuilitatis. Verum maieſtate ſalua:decet quidem īterdum principem cauillari illudere & ſalibus uti:ita tamen ut maieſtatis īperatoriæ habeat rōnem : & ſeruet

Amici diē perdidi
Nulli ſatis amicorum mos æmiliani
Vtilis monitio
Suppellex amicorum optima
Thraces gladiatorel
Cauillatrix

decoꝝ:qđ in oī uitæ actiōe ſeruādū philoſophi ꝓceperūt. Nec minus æqtate: ſenſus ē ꝗuis Titus fauere uidereť & ſtudere his gladiatoribus:q thraces dr̄r:tñ æquus erat iudex & ex æqtate palmā dabat uictori.

Admiſſa plebe: nihil potuit a Tito fieri magis populare magiſq; plauſibile:quā ī thermis ſuis palā lauare una cū plebeis atq; plebecula : citra omne diſcrimē dignitatis:ex quo nō ſolū thermas:ſed principē quoq; publicaṙ uidebať.

Conflagratio ueſeui

Vt cōflagratio ueſeui mōtis:huius cōflagratiōis:quæ ī ueſeuo cāpāiæ mōte facta ē prīci pe Tito meminerūt Sextus Aurelius:oroſius & euſebius:ē aūt ueſeuus ſiue ueſuuius ſiue ueſbius : tot enim modis diciť:mōs cāpaniæ iuxta ſarnū fluuiū ameīſſimis olim habitatus agris excepto uertice.q ut ait Strabo in quito cineroſus ē & cauernoſus petris exuſtis.quas color indicat igni abroſas fuiſſe : ex quo cōiectāt eruditi regionē illā prioribus ſæculis ardere ſolitā & ignis habere crateras:uideť Papinius in quinto ſiluaꝝ ſignificare uoluiſſe hanc ueſuuii cōflagrationē:quæ Titi tēporibus facta eſt:ſic enim de patre ſcribens ait: Iamq; & flere pio ueſuina incendia cantu.mens erat:& gemitum patris impenderet annis.

M. AN. Eiſdē:in quos collata eēnt Idem:ipſi q tū īperiū teneret. A ſe peti:ut ea cōfirmaretur. De ſideriis:oībus quæ deſiderarenť. Laudandā uocē:Scipiōis eā fuiſſe ait Cicero. Arbitrium : uoluntatem.

Thracū gladiaturā exercētiū. Fautor:ut unus ex fautoribus. Cauillatus eſt: tempeſtiuo cauillio ſtudiū diſſimulauit ſuū. Thermis:quas celeriter conſtruxerat. Veſuuii montis:ueſuuii cōflagratiōe.Plinius iunior ad Tacitum Corneliū ſcribens longiore explicat epiſtola. Martialis quoque eleganti eſt epigrāmate. id incendiū ſecutus.Papinius:iamq; & flere pro ueſuuia incēdia cātu.mens erat quū pater exemptū terris ad ſydera montē ſuſtulit:& late miſeras deiecit in urbes.ſic quoq; Euſebius ueſuuii incēdio proximæ regiōnes & oppida uaſtata ſunt:eſt is mons cāpaniæ uelob eā cladē celebratiſſimus.

& incendium Romæ per triduū totidemq; noctes. Item peſtilentia quāta nō temere alias:in his tot aduerſis ac talibus non modo principis ſolicitudinē:ſed parentis affictum unicū præſtitit nunc conſolando per edicta : nunc opitulando quatenus ſuppeteret facultas. Curatores reſtituendæ cāpaniæ e conſulariū numero ſorte duxit:bona oppreſſorum in ueſeuo:quorū hæredes non extabant reſtitutioni afflictarum ciuitatū attribuit. Vrbis incendio nihil niſi ſibi periiſſe teſtatus eſt publice:cuncta prætoriorum ſuorū ornamenta operibus ac templis deſtinauit:præpoſuit complures ex equeſtri ordine:quo quæque maturius peragerentur. Medēdæ ualitudini leniēdiſq; moribus nullam diuinam humanamq; opem nō adhibuit: inquiſito omnium ſacrificiorum remediumq; genere:Inter aduerſa temporum & delatores mandatoreſque erant ex licentia ueteri: hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos:ac nouiſſime traductos per amphiteatri arenam partim ſubiici in ſeruos ac uenire imperauit:partim in aſperrima inſularum aduehi: utq; etiam ſimilia quandoq; auſuros ꝑpetuo coerceret. Vetuit iter cætera

Incendium

PHI. Incendium Romæ : de hoc ſextus Aurelius incendium Romæ ſine nocturna requie per triduū fuit. hoc incēdio plurias ædes publicaſſe fuiſſe cū crematas mēorat oroſius. Peſtilentia tāta:de hac Euſebius ſic: lues ingens Romæ facta.Ita ut ꝑ multos dies ī ephemeridē decē milia ferme mortuoꝝ hoīum referrentur.

Lues

Opitulus Iuppiter

Nūc opitulādo:auxiliando opēq; ferēdo:antiq Iouē cognomento opitulū uouerūt ab eo:ꝙ opē indigētibus ferat:auctor Auguſtinus in.vii.de ciuitate dei.

Quatenus ſuppeteret facultas: in quātū ꝓ facultatibus ſuccurrere poſſet. Reſtituēdæ cāpaniæ: illo ueſuino incēdio regiōes uicinas & urbes cum hoībus exuſtas eē teſtes ſunt Euſebius & Oroſius unde a papinio dictū ē in epicedio patris:exere ſemirutos ſubito de puluere uultus parthenope.Cinerēq; afflato mōte ſepultā pone ſuper tumulos:& magni funus alūni. Afflictarū ciuitatum: modo diximus incendia ueſuina urbes cum hominibus afflixiſſe deleuiſſeque. Vrbis incendio : explicauit remedia a Tito adhibita ad leuandam cladem conflagrationis ueſuinæ nunc exequitur remedia : quibus romanis opitulatus eſt afflictis illo incendio:quod triduum ternoctiumq; uexauerat Romam.

Prætorie

Prætoriorum:uillarū elegantiorum uillaticarumq; ſubſtructionum excultarum.de prætoris non pauca in ſuperioribus. Operibus ac templis deſtinauit : Titus ut ageret optimum principem : ſuſtulit ornamenta ex uillis ſuis atq; prætoris:& ea tranſtulit ad ornatum templorum & operum publicorum : quæ Romæ conflagrauerant:quæ autem ſint ornamenta prætoriorum indicat Plinius ſcribens in.xxxvi . reliquias apparatus theatralis a Mar.ſcauro tranſportatas fuiſſe in tuſculanam uillam ornatus cauſa : inter quæ ornamenta tabulas pictas:ſigna ærea:& ueſtem aulicam numerat. Quoq; quæq; maturius:ut ſingula quæque citius abſoluerentur. Medendæ ualitudini: hoc ad peſtilentiam referendum eſt : cui cunctis remediorum generibus.ſubuenit:nunc egrotantes per ſemet ipſum reficiens nunc conſolans ſuorum mortibus afflictos. Nullam non opem : omne genus remediorum. Sacrificiorum: hoc ad diuinam opem refertur.ſicut remediorum ad humanam.

mādātores

Mandatores : hic mandatores ſignificantur occulti delatorum im-

Filius huic fato nullus:ſed lege ſuorum.
A patria ſumpſit qui tegeret patriam.

M.Antonius imperator.

Poſt Marco tutella datur quæſita Platonis.
Seruus ad imperium:patre pio melior.
Succeſſore ſuo moriens ſed principe prauo.
Hoc ſolo patriæ quod genuit nocuit.

Commodus imperator.

Commodus inſequitur pugnis maculoſus harenæ:
Threcidico princeps bella mouẽs gladio:
Eliſo tandem perſoluens gutture pœnas.
Criminibus faſſus matris adulterium.

SVetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus bello qd̃ inter Vitelliũ & Othonẽ apud Bebriacum geſtũ ẽ ĩpatoriſq; clauius Trãquillo Suetonio hiſtorico pr̃ fuit.Qui cũ Hadriani ĩpatoris epi.magr̃ eſſet apudq; Sabinã uxorẽ unius Sueuii familiarius ſe egiſſet q̃ reuerẽtia domus aulicæ poſtularet ſucceſſorẽ meruit.Scripſit de regibus libros tres.quos Læpido poemate in epitomẽ Pontiũ Paulinũ redegiſſe memoriæ ꝓditũ ẽ.De grãmaticis oratoribuſq; duos.De uiribus illuſtribus unũ quẽ pleriq; plinii oratoris eẽ autumãt.De gñe ueſtiũ unũ:reliqt & cæſaꝝ uitas.xii.tãta cura diligentia q; dum minima quæq; attigit conſcriptas:ut pcepta non præbita ſcriptoribus facultas uideatur.

Item de eodem.

C.Suetonius uiſus eſt ea libertate ſcripſiſſe cæſaꝝ uitas:q̃ uixiſſe illi feruntur nemini aut demit aut adiicit quicq̃:nil aſſentationẽ cuiuſpiam aut ſtudium ſuum:oĩa ad integritatẽ hiſtoriæ refert.Mores illoꝝ & ĩ imperio & priuatoꝝ ſic exprimit:ut nõ legere qs Suetonii ſcripta:ſed ii ipſi ſpeculo intueri ſeſe uideatur uitia uirtuteſq; oĩum citra & inuidiã & gr̃am apperit & q̃ fortũa foris cuiq; fuerit aut domi habitus ẽ duriuſculus dum nec minima qdem negligit & ſunt aridiora pleraq; & minutiora q̃ q̃ nitere poſſint aut capere eloquentiæ corpus:ſed tamen eſt in genere ipſo ſcribendi multum ponderis:eruditio uero tanta:ut ſeueritate orationis grauiter caſtigata quem huic anteponam ueterum ſcriptorum non uideam:

TRAQ_VILLI VITA PER SABELLICVM.

C.Suetonius Tran. Suetoniũ lenẽ pr̃em hũit uñ cognomen & ſi diuerſa uoce integro tñ ſignificatu credit̃ adeptus fuit ille ciuili bello qd̃ ad Bebriacũ ĩter Othonẽ & Vitelliũ ẽ geſtum: tertiæ decimæ legionis tribunus:& Auguſti Clauius:ipſe in forenſi luce nõ nihil uerſatus qd̃ Pli.teſtãt̃ epiſtolæ:cæterũ pr̃imonio qd̃ ampliſſimũ a pr̃e accepat ꝓfligato:ſeu ægeſtate ſeu qd̃ magis credo laudis cupiditate ductus ad hiſtoriã ſe cõtulit:q̃ a Cæſare dictatore auſpicatiſſime exorſus:eo quo ĩpatũ erat ordine p uitas ĩ Domi.deſcẽdit: ſũt q neruã & traianũ illis adieciſſe ſcribãt:ueꝝ cõſcius ſibi eoꝝ q̃ in his paꝝ ĩtegra fide tradita eẽnt:cũ uiuentiũ ĩterim coactus fuiſſet hr̃e rõnẽ:ne ps una reliq̃ hiſtoriæ fidẽ eleuaret:ĩ aptũ nõ rettulit: cætera ea q̃ illi libertate uixerũt ac neſcio an q̃dã ẽt ut ĩ Nerõe & Galba ab eo liberius ꝓdita:p hæc ſtudia Adrião principi ab initio cõmẽdatus:quũ epiſtolaꝝ magiſterio apud illũ aliq̃diu eẽt functus:ueniſſetq; ĩ ſuſpitiõem q̃ſi familiarius q̃ domus aulicæ reuerẽtia poſtularat:apud Sabinã prĩcipis cõiugẽ ageret:ſucceſſorẽ meruit ſcripſit de grãmaticis quoq; & oratoribus libros duos:de uiris illuſtrib9 unũ:quẽ iunioris Pli.pleriq; autumãt gñe ueſtiũ unũ:de regibus tres:quos lepido poemate ĩ epitomẽ põtiũ pauli.redegiſſe qdã ꝓdiderũt.C.Pli. cuius mõ memini:familiariter ẽ uſus.a quo p epi.hortat̃ ut uolumina q̃ pfecta eẽnt:& abſoluta qñq; uellet

edere. eius dicẽdi genus q̃d inter oẽs cõſtare uideo haud tã floridũ q̃ uenuſtũ:domuiq; magis q̃ foro accõmodatũ:breuitaſq; uni ut Vop.ait pœnæ familiaris:ſed nõ ita breuis ut ñ paſſim duriuſculus occurrat:dũ minime cõſectat̃:Quo fit ut pleraq; ne ſplẽdeſcere qdẽ poſſint:corpo ue eloq̃ntiæ ob tenuitatẽ recipe: ſed quoquo mõ res hẽt:ĩ eo ſcribẽdi gñe prĩas oĩum iudicio occupauit:ita ut ex ĩgẽti ſcriptoꝝ mãu q̃ poſt illũ ĩ eo gñe nihil obſcure uerſata ẽ:elocutõe:grauitate:diſpõne:q cũ hoc uno iure cõferri poſſit:ſit certe nemo

C.SVETONII TRANQ VILLI VITA A PHILIPPO BEROALDO CONDITA.

C.Sue.Tran.patrem hũit Suetonium cognomento lenem tertiæ decimæ legiõis tribunũ & Auguſti clauũ qui interfuit bello othoniano.a p̃re filius tranquilli cognomẽ accepiſſe credit̃.Nam cũ ille lenis ſit cognominatus:hic eodẽ ſignificato nõ eodẽ uerbo dictus ẽ Trã.floruit ſub Hadriano:utpote illius mag̃r epi.uerꝫ fortũa:q̃ lubrica ẽ refragrãte ſucceſſor ei mox datus:q̃d apud ſabinã ĩpatoris uxorem familiarius egiſſe ferebat̃:q̃ reuerẽtia domus aulicæ poſtularet.uſus ẽ cõtubernio Plinii poſterioris:a quo in ep̃lis admonet̃ad uolumina edẽda:q̃ p̃fecta abſolutaq; appellat.Cũ eẽt uir doctrĩa cõpoſitiore & elegãtia floridiore p̃ditus ſcripſit libellũ de grãmaticis & rhetoribus:quẽ diuus Hie.ſequutus ẽ:texẽs catalogũ ſcriptoꝝ eccleſiaſticorũ.De gñe ueſtium.de ludrica hiſtoria libros cõcinaſſe memorat̃:quoꝝ teſtimonio utunt̃ eruditi idẽ de uitiis corp̃alibus:& de p̃toribus uolumĩa cõdidit luculẽta:ĩprimis uero ad poſteros trãſmiſit.xii.Cæ.uitas ualde q̃dem p̃bãdas graphiceq; cõſcriptas:in quo ſtili genere primas cõfeſſiõe eruditoꝝ haud dubie occupauit.opus eſt emũctũ refertũq; eruditõe haud q̃q̃ triuiali:& cõpoſitiſſimo ordĩe diſtictũ:uñ emendatiſſimus ac cãdidiſſimus ſcriptor meruit appellari:cui ut ſcribi Fla.Vo.familiare fuit amare breuitatẽ.Auſo.in epiſtola ad Pa.libroꝝ meminit:quos nũero tris Sue.de regibus ſcripſit.ĩ hoc uero Cæ.ope:q̃d eruditorum manibus cõtinenter terit̃:oppido q̃ terſus ẽ:& ſinceriſſima ſcriptõe p̃cellens:adeo ut de Sue. dicere merito poſſimus id:q̃d̃ zeuſis pictor de ſeipſo prodidit inuiſurum aliquem facilius q̃ imitaturum.

ELOGIVM PLINII DE IVLIO CAESARE DICTATORE.

Animi uigore p̃ſtãtiſſimũ arbitror.C.Cæſarẽ Di.nec uirtutẽ cõſtãtiãq; nũc cõmemoro:nec ſublimitatem oĩum capacẽ q̃ cælo cõtinet̃:ſed p̃priũ uigorẽ celeritatẽq; quodam igne uolucrẽ:ſcribere & legere ſimul dictare & audire ſolitũ accepimus:ep̃las uero tãtaꝝ reꝝ q̃ternas pariter librariis dictare:aut ſi nihil aliud ageret.ſeptenis.Idẽ ſignis collatis q̃nq̃gies dimicauit.Solus.M.Mar.trãgreſſus q uñ q̃dragies dimicauerat. Nã p̃ter ciuiles uictorias undecies cẽtũ & nonaginta duo milia hoĩum occiſa p̃liis ab eo. Nõ eq̃dẽ ĩ gloria poſuerĩ.Tãtã ẽt coactã hũani gñis iniuriã:q̃d ita eẽ cõfeſſus ẽ ipſe:belloꝝ ciuiliũ ſtragẽ nõ p̃dẽdo . Vt iuſtus Põpeio magno tribuaꝝ:octingentas q̃draginta ſex naues piratis ademiſſe.Cæſari p̃prium & peculiare fuit p̃ter iam ſupradicta clæmentiæ inſignæ:qua uſq; ad penitẽtiã oẽs ſupauit.Idẽ magnanimitatis p̃hibuit exẽplum:cui cõparari nõ poſſit aliud:ſpectacula.n.edita effuſaſq; opes aut operũ magnificẽtiam ĩ hac p̃te enumerare luxuriæ fauentis ẽ illa fuit uera & incõparabilis ĩuicti aĩ ſublimitas: captis apud pharſaliam Pompei magni ſcrinis epiſtolaꝝ:iterũq; apud thapſum Sci.ea optima cõcremaſſe fide:atq; non legiſſe.

Ad inclytum Hannibalem Bentiuolum eiuſdem Philippi Beroaldi.Appendix Annotamentorum.

Libuit has quoq; annotatiunculas:inclyte Hannibal bentiuole ueluti appendiculã quãdã apponere in calce cõmẽtarioꝝ:ut aĩ lectorum uniformi illa lectiõe fatigati.hoc ueluti nouo pabulo recrearentur:& mutatione reficerent̃.ſolent enim hæc legentibus non minus iucunda uideri:q̃ uiatoribus iam itinere laſſeſcentibus diuerticula amena ſunt.ſed ne moroſior ſit prologus q̃ fabula:hinc pauca quædam digna cognitu nec indigna relatu minimeq; protrita exordiemur.

Quid ſignificet illud Hieronymi ab ecclſiaſticis celeberrime uſurpatum de Tantali Fonte potantem.

Caput primum

Pleriq; oẽs eccleſiaſticæ litteraturæ ſtudioſi:anxie & ſitiẽter ueſtigare ſolẽt q̃d ſignificet illud Hie. uulgatiſſimũ:q̃d liminarẽ paginã iſtri ueteris ĩtro eũtibus ſtatim obuiũ fit.ut iarchã ĩthrono ſedẽtẽ aureo & de tãtali fonte potãtẽ audiret docẽtẽ.nugatoria nimiꝝ ſũt:q a cõmẽtatoribus referũt̃.Nos ut p̃ uirili p̃te iuuaremus ſtudia ſtudioſoꝝ.Ad eũdẽ fontẽ acceſſimus:ex quo Hie.hauſit.philoſtrati.n.penetralia ingreſſi explicationẽ iuenimus huiuſce ĩuolucri latiſſimã:q̃ talis ẽ.Apud ĩdos ſapiẽtes ſũt brachmãæ nũcupati:quoꝝ prĩceps iarcas noĩabat̃:eo tp̃e:quo Apol. thyaneus diſcẽdi uiſcẽdiq; ſtudio ad illos ſe cõtulerat: quẽ antecedẽtẽ:cæteri q erãt duo de uigĩti apprẽſa mãu ſalutauerũt.iarcas ãt noĩatim ſalutauit:q in excelſo ſedebat throno:quẽ ex ære fabrefactũ aureæ ſtatuæ cõpluſculæ exornabãt.ĩfra iarcã ſedebãt oẽs ĩ ſellis hũilioribꝰ. mox poſt philoſophicã ſermocinationẽ oſtẽdit iarcas apollonio ſtatuam tãtali ſubſcriptiõe notatã:q̃ttuor cubitoꝝ longitudinis:quæ ſimilis p̃pinãti phialã porrigebat:in quã humor diſtillat incorruptibilis potõis phialam mẽſura nunq̃ excedẽtis.ex hoc tantali poculo bibere ſolebant indici philop̃hi anteq̃ ſomno ĩdulgerent.& ita iarcas potandi principiũ fecit ex phialia bibens:quæ largiter cunctos ſaciauit iugem humorẽ fundẽs:nõ ſecus ac ſi ex fonte ſcaturiret.bibit una cũ philoſophis apollonius:eſt aũt amicitiæ firmandæ cã huiuſcemodi cõpotatio apud indos inuẽta:q miniſtrũ eius faciũt pocillatoremq; tantulũ:p̃pterea q̃d̃ hic

Brachmãæ
Iarchas
Statua tantali cũ phiala
mutuũ mula ſcabunt

amiciſſimus mnaſuetiſſimuſq; erga hoies hitus eſt:poſt hanc ex phiala potionem humi ſternũt corpora in lectis herbaticis.hæc copioſe refert philoſtratus libro tertio de uita Apollonii thyanei:qui ẽt ſcribit in.vii. quicunq; bibunt ex tantali phiala.participes periculoꝶ cum amicis eſſe oportere.ex hac enarratiõe iam ꝑſpicuum fit cur dixerit Hieronymus Apollonium perueniſſe ad brachmanas:ut audiret iarcam illum principem philoſophoꝶ in throno ſedẽtem æreo quidem:ſed qui aureis ſtatuis exornaret̃:potantemq; de tãtali fonte hoc eſt de phiala:quam propinabat tantali ſimulacꝶ.ex quo mihi uidet̃ doctius & hiſtoriæ accõmodatius legi poſſe de tantali phialia:q̃ fonte:cum inter phialam & fontem ſit quædam litteraꝶ ꝓximitas:& ob hoc lubricus error:quod ſi nihil placet immutare expones fontem pro phiala:ex qua liquor uelu ti ex fonte ſcaturiens cõtinenter fundebat̃:quæ à cõmẽtatoribus eccleſiaſticis tradunt̃ protrita ſunt & a ſide hiſtorica deerantia.ſed ego malo hæc & id genus alia haurire ex lympido fonte:q̃ ex riuo turbulento. Statua tantali cũ ꝑhiala

Quid ſit uetus ꝓuerbium.Mutuũ muli ſcabunt.qđ in codicibus Auſonii & Nonii ꝑperã ſcriptũ legit̃.

Caput ſecundum

Apud auſoninm in epiſtolio prouerbium uſurpatur litteris inuerſis dictionibuſq; cõfuſis:quod eſt.mutuum muliſcabant.tu uero ita diſtincte legas & emẽdate.mutuũ muliſcabunt:cuius ꝓuerbii ſenſus ſignificat:tradere ſibi operas mutuas & par pari rependere.nãq; muloꝶ mos eſt ut ſe mutu ſcabant & uiciſſatĩ defricent:Marcus Varro librũ cõpoſuit hoc titulo:mutuũ muli ſcabũt:cuius teſtimonium citat nonius q̃uis noniani codices mendo ineluibili ſint maculoſi:in quibus hoc prouerbiũ corruptius legit̃:q̃ in auſonii uoluminibus.ita.n.ſcriptũ habẽt.multum muliſcabant.pro mutuum muli ſcabunt:prouerbii huiuſce meminit ſcienter & enodate ſymachus.cum in epiſtolis ſic inquit.mutuũ ſcabere mulos:cui ꝓuerbio ne uidear eſſe confinis præconiũ uirtutũ tuaꝶ ꝓſſo dente reſtringo.itaq; cũ muli ſoleãt ſeſe uiciſſim defricare & ſcabere:merito hoc prouerbium uſurpatur in conſimili remuneratione.& talionis æquilibrio:q̃uis a Scipione Emiliano dictum ſit:iumenta quoniã manibus carerent alterius frictione indigere.Adriani qđ non longe ab re eſt:iocus balnearis innotuit:qui plures olim ſenes euocari iuſſit.& alium ab alio inuicem defricari:cum illi ſe marmoribus attererent ad liberalitatem principis prouocandam:qui ſeruis donauerat & ſumptibus ueteranum quendã,q ſe in balneis marmoribus deſtringebat:ꝓpterea qđ ſeruum non haberent. Mutuum muli ſcabunt

Quid intelligi uoluerit Heſiodus:cũ ſcripſit:Dimidium eſſe plus toto. Caput iii.

Heſiodus in libro cui titulus eſt εργακαὶ ημεραι.i.opa & dies uerſum hunc poſuit:νήπιοι οὐ ἴσασι ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.i.ignorant ſtolidi q̃ toto ſit dimidiũ plus diſſoluenda quæſtio eſt:cuius mentionem fecit gellius libro.xvii.noc.atticarum:nec tamen reliq̃t explanatũ:qđ heſiodus ſe dicere ſentiat:cũ dimidium plus toto eſſe dicit:qđ cõmuni planæ ſenſui uidet̃ reluctari. plato libro tertio de legibus planiſſime explicat hoc ambagioſum ſcribens rectiſſime dictũ eſſe ab heſiodo dimidiũ plus eẽ q̃ totũ:q̃do uidelicet totum cõprendere noxiũ ẽ:dimidiũ uero tẽperate ſe habet.hinc intelligi uoluit moderatũ ĩmoderato plus eſſe:utpote melius deteriore:docetq; principatũ moderate cõſtituendũ eſſe & ad mediocritatem redigendum.Idem libro quarto de republica.laudans uitã moderatã tanq̃ optimã:heſiodum illud ſapienter dixiſſe cõmemorat dimidium eſſe pluſq̃ totũ.Conſimiliter Ariſtoteles in quarto politicoꝶ dimidium eſſe plus toto docet.ex eo quod gubernatio temperata durabilior eſt & melior: q̃ impotens & immodica:ideoq; phocilides bene optauit multa mediocribus optima:& ipſe mediocris eſſe uoluit in ciuitate. Idem Ariſtoteles profitet̃ mediocritatem & medium eſſe optimum:mediocriſq; fortũæ bonoꝶ poſſeſſionem ait optimum oium eſſe exiſtimandam:idẽ in ethicis uirtutes mediocritates eſſe tradit hinc illa apud græcos catholica ſnĩa.μεσότητας ἀρετὰς εἶναι.ex quo colligit̃ mediũ & moderatũ optimũ eſſe in uita degenda.& pluſq̃ totum appetendum:nõ me præterit aliter ab aliis heſiodi uerſum exponi ſolere:ſe hæc platonica nobis & ariſtotelica interpretamenta magis probant̃:cũ eruditiora ſint & ueriora. Moderatũ melius in moderato Virtutes mediocritates

Enodatus nodus ex epiſtola.M.Ciceroĩs Ductus ex ꝓuerbio Sero ſapiũt phryges. Caput.iiii.

Mar:Cicero quadam ad trebacium epiſtola.ſic cepit.in equo troião ſcis eſſe in extremo.ſero ſapiunt.neotericoteri hoc eſt recentiores interpretes magis implicant:q̃ explicent ſenſum epiſtolicum:ſcire aũt debes uetus hoc fuiſſe prouerbium.ſero ſapiunt phryges:quod a troianis natum eſt:qui decimo deniq; anno uelle cœperant helenã:quæq; cũ ea erant rapta reddere græcis:a quibus decennali bello ꝑſſi uaſtati uexati fuerãt ſed hæc ſapiẽtia troianoꝶ ſerotina erat & nimis tarda:q tunc demum reſpicere cœperant:cũ res eorum forent deploratæ:& egritudo irremediabilis.hoc autem prouerbium cõtinebat̃ in extrema tragœdiæ parte:cui titulus erat equus traianus:quam liuius poeta apud latinos uetuſtiſſimus cum primis cõdidit.unde a grammaticis citantur teſtimonia liuii ex equo troiano.huiuſce prouerbii mentio fit in codice ſeſti pompeii integriore:ex quo excerpta exſcriptaq; ſunt illa:que uulgi manibus iugiter conterunt̃.iam ſatis liquet opinor:cur Cicero dixerit.eſſe in equo troiano ſero ſapiunt:uidelicet alludens ad prouerbium illud ſero ſapiunt phryges:quod in extrema fabulæ clauſula legebatur. Equus troianus nomẽ fabulæ

Emaculatũ uerbum ex uerſu Lucilliano.inibiq; notata q̃dam ſup accipenſere Decumano. Caput.v.

Idem Marcus Tullius libro de finibus bonoꝶ ſecundo.uſurpat uerſus lucillianos.in q̃bus ad gallonium ſic loq̃t lelius:cœnaſti ĩ uita nũq̃ bñ:cũ oĩa ĩ iſta cõſumis ſq̃lla:atq; accubaſ ære cũ decumano.ſi lucillius reuiuiſceret:carmẽ hoc in poemate ſuo ſatyrico plãe nõ agnoſceret ſummoueretq; nõ ſolũ ut ſubdititiũ: ſed ut inuerſum adulteratũq; repelleret.qđ.n.ſignificat obſecro te accubas ære cũ decũano:q̃s lepor:qui ſales:

q̃ ſatyrica mordacitas:ego ēt atq; ēt & ſenſu introſpecto & uerbis ſyllabatim pēſitatis ſic cenſeo corrigēdū:
De accipē ſere ut ꝓ accubas ære cū decumano meo periculo legas:accipēſere cū decumano. Lelius.n.ē q apud luciliū carpit gulá gallonii ganeonis & gurgitis:q patrimoniū helluebatᷣ ī una ſquilla:qdᷣ genus piſcis eſt:& in accipēſere prægradi:q piſcis eſt imprimis nobilis:quē ꝓdigis & gulonibus nutriunt maria:de quo Plinius nr̄ lib. nono na.hiſto.hæc refert.apud antiquos piſciū nobiliſſimus habitus accipēſer unus oīum ſquamis ad os uerſis contra aquá nádo meat.fuiſſe aūt accipenſerē in honore mēſaꝝ ꝑcipuo tꝑibus lelii & africani.teſtis eſt Macrobius in ſaturnaliū.&.M.Tullius memorat:q ait oblatū eſſe Africano Scipioni accipenſerem : qui admodū raro cupiebatᷣ:ad quem epulādum cum plures cōuictores inuitaturus uideretᷣ.pontius in aurem o ſcipio inqt uide qd agas:accipenſer iſte paucoꝝ hoīum eſt.ſamonicus quoq; ſerenus tradit hūc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine introferri ſolitum in ſacrum conuiuium.Quinetiam martialis ſignare uolens in magno præcio fuiſſe accipenſerem atq; inuentu rarum ſic ſcripſit in xeniis.

Ad palatinas accipenſera mittite menſas. Ambroſias ornent munera rara dapes.

Decumanus aūt accipēſer a lucillio dictus eſt:quē ītelligi uolebat ꝑgrādē & enormē.antiq.n.decumana
decumana oua- oua dici uoluerunt magna:apud quos ſcuta quoq; decumana uocabantᷣ:q; eſſent ampliſſima:& decumani
Decimus fluctus fluctus qa eēnt magni:ex quo apud poetas dicimus fluctus ꝓ maxīo & undabūdo celebratiſſimus ē:hinc decumana quoq; porta in caſtris dici uᷣ qđ eēt ampla & patēs ſicut & decumanus limes ī limitatōe agroꝝ a magnitudine dictus putatᷣ:cuius Pli.& columella meminerūt.cādidus q̃ſo lector diligēter penſitet uerbū lucillianū:ſyllabas trutinetᷣ:lr̄as elemētarias cōferat:ſenſū introſpiciat:ꝑfecto correctionē hāc nr̄am nō improbabit:quā ſi dicere fas ē:nec lucillius ipſe ſit īprobaturus:ut āt ī hāc ſnīam nō pedibus ſed calāo ꝓcliuius irē īpulit ora.offellus:q galloniū hūc cuius īgluuiē dixīus a lelio luciliāo taxari morſu ſatyrico lācinauit. & ſale ꝑfricuit ob hūc ipm accipēſerē decūanū:ſic.n.ſcribitᷣ ī ſermo.gallōi ꝑcōis erat accipēſere mēſa īfamis

Perpenſa diligenter emēdataq; dictio Apud Mar. Tulliū.in cuius libris legitᷣ de nartheo.ꝑ Narthecio.

Caput ſextum.

Idem Marcus Tullius in eodē de finibus bonoꝝ & maloꝝ uolumine ſic ſcribit iā doloris medicamenta
Nartheciū illa epicurea tanq̃ de nartheo ꝓmant.Tu emēdatius leges & uerius de narthecio.græci.n.nartheca uocant ferulā aſſurgentem in altitudine:humilē uero & deꝑſſam ὑποκόριστικόσ.narthecion dicunt.cuius rei mentio fit a Plinio.cum aūt ſemen ferulæ morbis quibuſdā auxiliari dicant medici:hinc narthecion pro repoſitorio medicamentoꝝ uſurpatᷣ.ēt ſi fuerit ex alia materia fabrefactū.uel qa id ligni genus accōmoda tū ē ad ſeruāda medicamēta.Apud martialē in apophoretis lēma ē nartheciō:cui ſubſcribitᷣ hoc diſtichō.

Artis ebur medicæ narthecia cernis:habebis.

Munera:quæ cuperet pactius eſſe ſua.

Locus martialis Cōmētatores epigrāmatarii poetæ exponunt narthecium ꝑ ferula:de qua iā dictū eſt:aiuntq; ebur dici a poeta uel a candore eburneo uel quoniā in locū ſcipiōis eburnei ſucceſſit nartheciū.nō inficior ferulā ſiue narthecion baculoꝝ uſum ſenectuti potiſſimū ꝑbere:qđ & Pli.docet.ſed hoc totū nihil prorſus ad poetæ ſenſum enucleādū:q ut dicā qđ ſentio:omiſſa in ſectatōe alioꝝ:qđ a me uitiū lōgiſſime abeſt:nil aliud ſignificare uoluit epigrāmatiſta noīe narthecii:q̃ repoſitoriū ſiue loculamētū medicamētoꝝ:ut expōas epur ꝑ pyxide eburnea:qđ & nartheciū dr̄ ī quo medicamēta ſeruantᷣ:ex hoc ſignificatu explicatior fit & lucidior
Myrothecium quid ſenſus tā Cice.q̃ martialis:q nartheciū planæ accipiūt ꝑ arcula medimentaria:ſicut myrrotheciū ſignificatᷣ theca atq; repoſitoriū unguētoꝝ delicatioꝝ.græci.n. μύρον uocāt unguētū & θήκην thecā & loculū ac re
Narthecophori poſitoriū.hic dictū ē illud a Mar.tul.q̃dā ad atticū epiſtola ꝑ trāſlationē decētiſſimā.meus āt liber totū iſocratis:myrotheciū atq; omnis eius diſcipulorum arculas ac non nihil etiam ariſtotelica pigmenta conſumpſit:ſed ut ad nartheca.i.ferulam reuertamur:cum ſit baccho dicata.miniſtri Dionyſiaci in myſteriis bacchicis ferulas geſtabāt.dicebanturq; græco uocabulo narthecophori.quaſi feruligeri.hinc illud apud Platonem in phedone:narthecophori multi ſunt.bacchi uero pauci.

Correctus ſenecæ locus enarratuſq; de pſychonlutre. Caput ſeptimum.

Cū mihi decretū ſit nō minus publicæ utilitati ſtudioſoꝝ cōſulere uelle q̃ gloriæ priuatæ reſpectum hēre.nō me a ꝓpoſito deterrebit humilitas reꝝ.imo tāto magis minuta quæq; ſcrutabimur:quanto talia īcurioſius tranſmitti ſolēt.legimus ap̄ ſenecā uſurpari uocabulum græcum.qđ ſi recte legatur elegantiſſimum eſt:ſed bis ap̄ eūdē ꝑperā legitᷣ.ſic.n.ī.vii.epi.ſcriptū ē:frigidæ cultor mitto me in mare:quō ꝑ ſicholutā decet gauſapatus.Idē in.xii.ille tantus pſicolutes:q cal.Ian.euripū ſalutabā.mēdū ē hic & illic.ſed in prīo loco
Pſycolutres qui īſignitū magis.Nos utrobiq; ſic emaculauimus ut illic pſycholutrā:hic pſycholutres legas græco.n.uocabulo pſycholutres dr̄ is qui frigida aq̃ corpus lauat & balneo frigido lætatᷣ. charmis maſſilienſis frigida ēt hibernis algoribus lauari perſuaſit: merſit ægros in lacus.hinc illud plinianū ex li.undetrigeſimo.Videbamus ſenes conſulares uſq; in oſtentatiōe rigētes:qua de re extat ēt Annei ſenecæ aſtipulatio:aſſerit his uerbis Pli.ſenecā probare frigida lauacra:quæ haud dubie:non ſolū doctrina ꝓbat ſed ēt exēplo:cū ait ſe fuiſſe pſycholutrē hoc eſt lauacri frigidi cultorē:q cal. Ianua.quēadmodum legere:ſcribere.dicere aliqd:ſic auſpicabatᷣ in uirginē deſilire.eſt autē uirgo fons Romæ clariſſimus aquæ frigentis:quam Mar.Agrippa Romā ꝑduxit.quæ uirgo appellata eſt ex eo:qdᷣ q̃rētibus aquā militibus puella uirguncula quaſdā uenas mō
Virgo fōs ſtrauit ut docet frontinus li.prīo de aquæductibus. Plinius uero libro.xxxi.nomen uirgini īditum eſſe ex

eo autumat:ꝙ riuum herculaneum:q iuxta ē:refugere uidetur:quãtum ãt martia hauſtu p̃ſtat. tantum uir
go tactu præcellebat.ψυχὸσ græce dicitur frigus ψυρὸσ frigidus λουτρὸν uero balneum & lauacrum
unde compoſita ex utraqꝫ dictione fit pſycholutres.ſignificaturqꝫ lauacri frigidi cultor & amator: qualem
ſe fuiſſe intelligi uoluit Seneca ſi ſinceriter legatur & probe intelligatur.

Mendum occupaſſe codices ſenecæ:in quibus pro parenetica philoſophia corrupte ſcribitur parentia ꝓ
euthymia ectimia. Caput octauum.

Apud eūdē pars philoſophiæ:quã nos p̃ceptiuã dicíus corrupto uocabulo græco Parentia noĩaꝰ:cum pa — Parenetica
renetica dicẽda ſit a græco uerbo παραινέω qđ ſignificat p̃cipio & admoneo:ide παραινετικὸσ præce
ptiuus & admõitorius.& παραίνεσισ.p̃ceptio ſiue admõitio.hic acrõ oratiãus iterp̃s & ſi nõ claſſicus nõ
tamẽ proletarius idẽtidẽ ait.hæc hode Paranetice ſcripta ē.pro eo qđ ē p̃ceptiue ſiue monitorie ſicut ab eo
dẽ diciꝰ hæc erotice dicta eſt ꝓ amatorie.Nõ minus illud apud eundẽ emaculãdū ē ex libro epiſtolaꝝ.xi.
aſperomacheiã auocauit.pro ad aſperomachiã:q̃ dictio ſignificat pilarẽ luſionẽ.ſiue ludicrã pugnã ſpheri-
ſtarum.qua dictione papinius quoqꝫ uſus eſt in epiſtola ad marcellū ſic ſcribẽs.ſed & ſperomachias ſpecta-
mus & pilaris luſio admittiꝰ.Sidõius ait ĩ certamĩe ſpheræ ſe primum fuiſſe ſignifcꝝ.& qm̃ ſenecæ adhuc
res agiꝰ reſtituẽda forma ē deformatæ dictiõi q̃ nūc nup in mẽtẽ uenit.nãqꝫ democriti ectimia legiꝰ.ꝓ εὐ-
thymia .democritus.n.euthymiã ꝓbauit tãq̃ beatæ uitæ effectricẽ:q̃ interp̃taꝰ aĩ trãqllitas.cuins & Ci.me
minit li.v.de finibus bonoꝝ & maloꝝ:đ q̃ diogenes laercius ita ꝓdidit ĩ uita dẽocriti.finẽ eẽ rectū q̃etūqꝫ
a ĩſtatū.quẽ euthymiã dicit:q̃ nõ ut qdã male ĩtelligẽtes iidẽ ſit qđ uoluptas ueꝝ ſecūdū quẽ aĩus magna — Euthymia
tranqllitate cõſtãtiaqꝫ beatus eſt:dum nullo metu nulla ſupſtitõe aut alia quauis perturbatione agitatur.

Explicatum carmen perſianum de aceruo chryſippi:longe ſecus:q̃ a commentatoribus & grammaticis ex
plicari ſolitum ſit. Caput nonum.

Perſius ſatyrographus poema ſuum hoc uerſu cludit.depinge ubi ſiſtã. inuẽtus chryſippe tui finitor acer
ui.quo plene aliud ſignificari uř:q̃ aut cõmẽtatores nouerint aut in ſcolis uulgo ꝓdaꝰ : nõ.n.ad aceruum
uoluminū:q̃ innūera cõdidit chryſippus id referẽdū eẽ autumo.ſed ad argumẽtatiões:quas græco uocabu
lo ſoritas uocãt:Cicero aceruales interp̃taꝰ:ſed ut ipſe ait in.ii.de diuinatiõe.ſicut multa uerba græcoꝝ ſic — Sorites.
ſorites ſatis latio ſermõe tritus ē.igiꝰ chryſippus ſolitus erat per ſoritẽ argumẽtari & gradatĩ ĩterrogare : ex — Acerualis
quo argumẽtario fiebat numeroſior:& acceruus quaſi qdã gradatĩ cumulabaꝰ ꝓpoſitionū & ꝓbationū:ut
ita cõcluſio efficereꝰ ad ꝓbãdū qđ moliebaꝰ ultra p̃ſcriptū argumẽtatiõis:q̃ ex p̃ceptiõe dialecticoꝝ tripar
tita ē ex ĩſtitutiõe oratoꝝ qnqꝫ partita fieri põt.ultra quẽ numeꝝ ꝓgredi nõ licet:ſed ſotites.i.aceruus ſiue
acerualis chryſippeus in infinitū pœne ꝓgrediebaꝰ:diffuſus p multiplicationẽ numeroꝝ innumerabilem.
cuius exemplum extat apud eūdẽ Ciceronẽ:q in hortẽſio quoqꝫ ſoritas lubricos eẽ & periculoſos tradit.&
poſt Paulū placet inq̃t chryſippo cū gradatim ĩterrogeꝰ uerbi cã.tria pauca ſint an multa:aliquanto priuſq̃
ad multa perueniat.mox poſt multa per ſoritas progrediẽdo tractata ſubiūgit.hæc chryſippea ſunt nec ab
eo qdẽ diſſoluta.refert laertius chryſippū libros quatuor cõdidiſſe de ſoritis.nimiꝝ ob hunc aceruū chry
ſippeū:qui longius ꝓgrediebaꝰ.ita ut uix concludendi modū inueniret:dixit ſcite & elegãter perſius ex p-
ſona auari.cuius cupiditates immodicæ nullo mõ finiunꝰ per apoſtrophã ad chryſippū:ochryſippe ſaltem
tu depinge modū ultra quẽ non ꝓgrediaꝰ aceruus diuitiaꝝ interminabilis:q inuentus es finitor termina-
torqꝫ tui acerui:hoc eſt illius argumẽti ſoritæ:qui quãuis lõgo ordine produceretꝰ.tamen aliq̃ndo cõcluſio
nis mõ cludebaꝰ terminabaturqꝫ & hic eſt uerus poetæ ſatyrici ſenſus hoc ueꝝ interpretamẽtū. hic eſt ille
aceruus chryſippeus in quo cecutientes cõmentatores hallucinanꝰ:de quo eſt aſtipulatio illa ſidonii ex hẽ
decaſyllabo.chryſippi potuiſſet ex aceruo & Marciani.chryſippuſ cumulet propriū cõſumat aceruū:q alibi
dixit.ſoritas cumuli acceſſibus aggerans.põt uideri Oratius in hanc quoqꝫ acerui chryſippei ſuſpitionẽ la-
pſus eẽ.cū dixit.mille talenta totū rotūdenꝰ.totidẽ altera porro.tertia ſuccedant.& quæ pars quadrat acer
uum.illud quoqꝫ ex ſecundo epiſtolaꝝ hinc opinor fluxit.dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.

Quod ſit roboris ſupplicium in lectionibus ueterum ſcriptorum. Caput decimum:

Apuleius platonicus philoſophus in copioſiſſima illa & diſertiſſima oratione:qua crimẽ magis a ſe alienū
eſſe defendit.ſic indignabundus exclamat.o miꝝ commẽtum o ſubtilitas digna carcere & robore. merito — Robur in
uideri põt ignorabile:nec ĩdignū nõ explicatu illud roboris ſuppliciū.ſcito igiꝰ robur in carcere dici locū: — carcere
quo præcipitabanꝰ malefici & ſontes & ex eo dictū qđ robuſteis lignis ſepiebaꝰ.de hoc robore ĩ hoc ſigni
ficatu accipiꝰ locus hic apuleianus:ſicut & ille apud ualeriū ex libro.vi.dictorū factorūqꝫ memorabiliū:qn
ẽt familiares eoꝝ nequis Romãi populi inimicis amicus eẽ uellet:de robore p̃cipitati ſunt.Plautus quoqꝫ
ad hoc robur alluſiſſe uideri põt:cū ait:in curgulione:ego uos ambo in robuſto carcere ut pereatis.

Quã ob cãm herculãea ps a Plauto dicta ſit pro decūa.inibiqꝫ qd ſit pollucere & polluctū. Caput.xi.

Plautus latinæ linguæ delitiū ĩ comedia:cui titulus.eſt truculẽtus ex pſona getæ ſerui ſic inquit. detraxi
tẽ herculaneã:quo dicto ſignificat decumã ſe detraxiſſe:nãqꝫ ueteres herculi decĩas dicauerunt.q̃rit Plut. — Decumæ
Pn q̃ſtionibus.cur pleriqꝫ copioſi & locupletes patrimõii ſui decimã herculi offerebãt: an inq̃t qđ hercules ĩ — Herculi
ĩmonte palatino boum quas gerionæ abſtulit decimã ĩmolauit:an qđ Romanos ab ethruſcis decimari ſoli — dicatæ
tos liberauit:an illud potius quaſi odioſas ciuibus & moleſtas nimias diuitias comminentes eo pacto ma-
xĩe coli herculẽ exiſtimabãt:quẽ iccirco luxuriã coerceř & cõprimere delectaret:qđ ĩpe paucis cõtẽtus fru

Sylla
Craſſus
Lucullus
decimas
herculi
ſacrarunt
Pollucere
Polluctũ
quid

galiter cõtinẽterq̧ uixiſſet:refert diodorus ĩ qnto bibliothecæ herculẽ dictitaſſe eos:q ſibi iã diuo facto dẽcimã bonoꝝ dicarẽt beate fœliciterq̧ uicturos:ex quo multi decías herculi uouerunt:poſteaq̧ fortũatiores facti bõa ſua ad q̃tuor talẽtoꝝ milia herculi ſacrarũt.tradunt hyſtorici ſyllã ex uniuerſis fortũis herculi decimã ſacrificãtẽ lauta populo Romão feciſſe cõuiuia.cõſimiliter craſſus ille Romanoꝝ ditiſſimus decimã facultatũ ſuaꝝ ptẽ herculi cõſecrauit epulũq̧ populo dedit:uiritiq̧ unas tres diuiſit hoc idẽ a Lucio luculo factitatũ ẽ.De hac decũa herculi dicata ſenſiſſe uꝛ Mar.Tu.cũ ait ĩ ſecũdo đ officiis.ut horeſti nup prãdia ĩ ſemitis decumæ noĩe magno honori fuerũt.Quietiã Teren.Var.ĩ ea ſatyra q̇ inſcribiꝛ κεραυνοῦ Teſtaꝛ Maiores ſolitos decimã herculi uouere.nec decẽ dies ĩtermittere.qn pollucerẽt.pollucere ãt ẽ libamẽta herculi ĩ arã porricere.idq̧ ſacrificiũ:qđ herculi decuma data ſit polluctũ diſtũ.Igiꝛ cũ decumæ fortũaꝝ herculi peculiariter dicatæ ſint:elegãter & ſcite dixit Plautius ſeruus ſe detraxiſſe ptẽ herculaneã ex bõis domini amatoris:ĩtelligi uolẽs ſe decumã ſibi ſubduxiſſe.ĩ hãc ſniam nõ mĩus ſcienter q̃ feſtiuiter dixit columẽ plautiæ familiæ chryſalus in bacchidibus:ſi frugi ẽ herculẽ fecit ex patre:decumã ptẽ ei dedit.

Correctus Ouidii uerſus.inibiq̧ nõnulla ſuper ſmintheo apollinis cognomento digna memoratu.

Caput.xii.

In codicibus Ouidii uolumine metamorphoſeon.xii.uerſus hic perperã legi & perperã enarrari ſolet.

Talibus intonſum compellat cynthia dictis.

Locus
Plinii

Tu uero dictionẽ illã cynthia ueluti adulterinã ſubditiciãq̧ obeliſco cõfodito.& ĩ eius locũ Smithea cũ aſteriſco ſubſtitue.accipeq̧ pro apollĩe.ĩter cætera.n.apollinis cognomẽta:q̇ multiiuga ſũt hoc quoq̧ celebre ẽ:quo ſmintheus cognominaꝛ.autumat Macrobius in.i.ſaturnaliũ apollinẽ ſminthea dici.ὁ τί ζέων θεῖ qa feruẽs currit.ſed homeri ĩterptes & Strabo homericæ maieſtatis illuſtrator ꝑdiderũt apollinẽ ſmintheũ a muribus tanq̃ apollini ſacris cognominari q lĩgua cretẽſiũ σμίνθιοι appellanꝛ.mythici referũt teucris e Troia ꝑfectis datũ eẽ oraculũ ibi eos ſedẽ poſituros:ubi terrigene eos adorirenꝛ:id circa amaxicũ dicũt cõtigiſſe:maximãq̧ agreſtiũ muriũ multitudinẽ noctu exortã qcqd armoꝝ & utẽſiũ ex corio ĩueniſſent corroſiſſe.teucroſq̧ ibi.mãſiſſe.heraclides põticus auctor ẽ mures ibi circa tẽplũ apollinis habũdare & ſacros exiſtiari:ſimulacrũq̧ apollinis ita ĩſtructũ eẽ:ut murẽ pedibus ꝑmat.multis in locis fuit antiqtus celebratũ ſminthei nomen.Nam iuxta amaxitũ duo loca ſunt:q̇ ſmĩthea uocanꝛ.Itẽ in lariſſeo agro & ĩ parião locus erat ſminthius appellatus.Itẽ apud rhodũ & lindũ.nũc ut inqt Strabo in.xiii:tẽplũ ſminthiũ uocant.Apud Pliniũ dictio mẽdoſa eſt in qnto Na.hiſto.Nãq̧ pro ſminthiũ tẽplũ:legiꝛ Zinitiũ templum durat:in urbe chriſa fuit apollinii ſminthei templũ cũ ſtatua.cuius pedimus ſubiacebat:quã ſcopas parius fecit homerus in prima iliados rhapſodia mentionem facit ſminthei Apollinis in oratione chryſæ ſacerdotis.

Conſideratum penſitatumq̧ ſolerter prouerbium græcum.in Noctibus Gellianis.ἐπὶ τῇ φακῇ μύθον.

Caput.xiii.

In lente un
guẽtum

Apud au.gelliũ in noctibus illis luculentiſſimis.ꝑuerbiũ græcũ mẽdoſe legiꝛ:ſic.n.lib.xii.ſcriptũ eſt:ne plãe fiat græcũ illud de uarrõis ſnia ꝑuerbiũ.ἐπὶ τῇ φακῇ μύθον.i.ĩ lente fabulã:ſed ſi qs curioſius ĩtroſpexerit ui ſniamq̧ ꝑuerbii:haud dubie cognoſcet talẽ ſenſum talẽq̧ lectionẽ eẽ penitus ĩſipidã:& ĩuenuſtã:qd.n.eſt in lente fabula:qs ſenſus ꝑuerbialis:qs atticus lepor:qd deniq̧ ad ꝓpoſitũ gellianũ.ego exiſtimo legendũ eſſe nõ.μύθον:qđ plane fabula ſignificaꝛ:ſed μύρον.qđ unguentũ diciꝛ & ita elegãti a græci prouerbii eluceſcet.ſi legeris ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον hoc eſt in lẽte unguẽtũ.quo plane ꝑuerbio ſignificaꝛ haud quaq̃ unguentũ cũ lente cõgruere:nec cõſociationẽ fieri unguẽti qđ delicatius eſt.& lẽtis qđ genus ẽ uulgatiſſimi leguminis:hoc prouerbiũ uſurpat Marcus Tullius quadã ad atticũ epiſtola decenter & ſalſe.ſic.n ait.legati ſunt.Qu.Metellus Creticus &.L.flaccus & τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον lẽtulus clodiæ filius:uoluit.n.ſymbolicos & ſuboſcure.Mar Tullius taxare lentulũ clodiæ filiũ:q ita male copulandus eẽ uidebaꝛ in obeũda legatiõe cũ metello cretico &.L.flacco uiris clariſſimis:ſicut lens cũ unguẽto male cõſociaꝛ:cũ ĩter unguẽti delicias & lentis uilitatem ea ſit diſparilitas ac diſſociatio:q inter amarorem dulcedinemq̧ internoſcitur.

Quid ſignificet ap̄ eũdẽ Gelliũ:ꝑuerbiũ alteꝝ latinũ.Nihil cũ fidibus graculo:nihil cum Amaracio ſui.

Caput.xiiii.

Amaraci
num quid
Sanſucinũ

Idẽ in calce opis meminit ueteris ꝑuerbii.cuius ſnia haud lõge abeſt a ſupiore.ſic.n.ait uetus adagiũ eſt:Nihil cũ fidibus graculo nihil cũ amaracino ſui.ſenſus adagiiſiue ꝑuerbii eſt ſatis aptus & expoſitus:quo ſignificaꝛ neq̧ muſicã graculis.auibus obſtrepis & clamoſis:neq̧ unguẽta porcis ĩmũdis & lutoſis conuenire.ſed nõ de nihilo amaracinũ cũprimis dixit timeri a ſue.obſeruauius apud Lucretiũ:ꝗ ſues odere unguẽta & peculiariter fugitant odorẽ amaracini.uerſus Lucretii ex li.vi.ſubſcripſimus ut res fiat manifeſtior:deniq̧ amaracinũ fugitat ſus & timet oẽ unguẽtũ: Nam ſetigeris ſubus acre uenenũ ẽ.ĩ codicibus lucretii: q mendis ꝑgnantes circunferunꝛ:pro amaracinũ legiꝛ amaracum.pro ſus fur:ſenſu cõfuſaneo uerbiſq̧ corruptis.ẽ ãt amaracinũ unguẽtũ ab amaraco herba odorata noĩatũ.diocles medicus & ſicula gẽs amacũ appellauerꝛ:qđ ægyptus & ſyria ſanſucũ noſtri uernacula lingua maioranã uocant.hinc unguẽtũ cõfectũ nũcupamus modo amaracinum modo ſanſucinum:Plinius in.xiii ſcribit ſanſucinum optimum in cypro fuiſſe & mytilenis:ubi erat plurima ſanſucus.Idem ait amaracinum fuiſſe in inſula:Co.laudatiſſimum.enuntiaꝛ aũt amaracinum penultima corrupta:cõtra uulgi præpoſteram conſuetudinem producentis.

Qui ſit ſenſus Naſonis in eo uerſu.Deprenſum polypus hoſtem continet ex omni demiſſis parte flagel-

lis.inibiq; de ſignificatu acceptabulorum. Caput.xv.

Ouidius in quarto metamorphoſeon ſic ſcribit:deprenſum polypus hoſtem.
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.

Hoc uerſu ſignificaẗ.cõchilia a polypo piſce cõplexu crinium detieri frágiq; ſolita:ẽ.n.polypus:qđ uel mediocriter eruditis pſpicuũ eſt:piſcis ſanguine carẽs:q íter mollia nũeraẗ:cui pediculi ſunt octoni:a quorum multitudie nomẽ íuenit:quos Pli.modo críes modo cirros appellat:qm̃ íſtar ſunt capillamẽtorum:Ouidius flagella uocat:qbus complectunẗ cõchilia:quorũ carne ueſcuntur.& ita expões hoſtem pro cõchiliis cõchiſue:quas peculiariter polybi uenanẗ:& flagellis hoc eſt crinibus ſiue cirris:ita.n.illoꝝ pediculi nomíanẗ cõplectunẗ:ut auelli nõ queãt:ſunt.n.auidiſſimi cõchaꝝ:q ad tactũ cõprimũẗ pcidẽtes brachia polypoꝝ. cauẽt ergo polybi íſidiãturq; cõchis aptis:ípoſitoq; lapillo í diſcuneatas graſſanẗ extrahũtq; carnes.Idẽ plinius auctor eſt polypũ in aq̃ luctari cõplexu ad hoíem cõficiẽdũq; ſorbere acceptabulis.ac numeroſo ſuctu detrahere:ubi acceptabula ſignificanẗ caliculi:qbus peculiariter prædita ſunt illa piſciũ genera:q̃ mollia nũcupanẗ.Item Ariſtoteles libro quarto de aíalibus tradit mollibus oíbus eſſe binos acceptabuloꝝ ordíes in polypo uero:q & ipſe ex numero molliũ eſt.ſimplicem acceptabuloꝝ ordinẽ cerni:trebius niger acceptabula caliculos íterpretari uŕ cum ait.barbas fuiſſe polypo clauaꝝ modo toroſas lõgas pedũ trigíta acceptabulis ſiue caliculis urbalibus peluiũ mõ.Sene.quoq; acceptabula elegãter appellat uaſcula illa & caliculoſ:qbus repẽte plenis repẽte uacuis pſtigiatores fallere fauorabiliter ſolẽt oculos cõtẽplãtiũ.uerba ſenecæ hæc ſunt ex libro.vi.epiſtolaꝝ.ſic iſta ſine noxa decipiũt:quo modo pſtigiatorũ acceptabula & caliculi: in qbus me fallacia ipſa delectat.í mẽſuris uero & põderibus cũ acceptabuli mẽſura dŕ:ſignificat hemiæ q̃rtã partem.i. drachmas.xv.Plinius uolumine duo de trigeſimo tradit oſſa ex acceptabulis paruaꝝ præbere uſum dentifricii:ubi acceptabula appellaſſe uŕ:quas pyxides medici recẽtiores & anatomici ſcriptores appellitant:quibus íſixæ ſunt coxẽdices:circaq; ea uertunẗ oſſa coxaꝝ:ſunt.n.illæ cõcauitates Caliculis perſimiles.

Polypus

Cirri

Flagella

Acceptabula præſtigiatorum

Emaculatus Plutarchi codex:in quo p fabius buteo.íſcite legiẗ bulco:ubiq; de buteõibus. Caput.xvi.

Apud plutarchũ cheronẽſem.latinitate donatũ:error eſt in uita fabii maximi minutulus qdẽ ſed non tñ aſpnãdus.ſic.n.habẽt codices impſſi:alteꝝ dictatorẽ creauerũt fabiũ bulconẽ:tu corrige fabiũ buteonẽ:fuit.n.Romæ familia fabia buteonũ cognomíata ex eo:qđ in ducis naui pſpero auſpicio quondã ſediſſet accipiter quem Romani buteonẽ appellant græci triorchen a numero teſtiũ q̃ſi tris teſticulos habẽtẽ:cui pricipatũ in auguriis phemonoe dedit quæ apollinis filia dicta eſt ut ingt Pli.& ut auctor eſt Euſebius chonographus:pría exametris uerſibus futura ceciniſſe narraẗ.Ex quo nõ íſcienter Lucanus phemonoen appellauit pithyam ſiue phebada quæ reſponſum ex oraculo apollinis delphici dedit appio Romano.Liuius hiſtoriã fabii buteonis eloquẽter explicat libro.xxiii.ab origíe urbis:q dictator creatus ut ſenatum legeret peracta lectione eodẽ die extẽplo dictatura ſe abdicauit.lictoribuſq; abire iuſſis turbæ ſe ímiſcuit. hæc eadem a plutarcho memorantur:ſed pro fabio buteone Mendum irrepſit pcliuiter in fabium bulconem.

Buteones

Triorches

Subeſſe ſenſum occultiorem q̃ enarratores agnouerint in illo epigrammatiſtæ uerſiculo paſtas glandenates habet ſecundus. Caput. xvii.

Verſiculus eſt apud Martialem:in quo ſubeſt obſcœna quidẽm ſignificatio non tamẽ diſſimulanter prætereunda.ſic enim inquit in hendecaſyllabo.

Paſtas glande nates habet ſecundus.

Vbi non píguitudo pueri ſignificaẗ ſicut pperam exponit interpres:ſed patici effœminatiq; impudicitia. accumen.n.ſenſus & aculeus totus eſt in dictiõe glãde:q̃ ſignificaẗ ps obſcœna genitaliũ uiriliũ:de q̃ Cor. celſus li.vi.de medicina:ubi uero glans cõtecta ẽ oriculario quoq; clyſtere íter eam cutẽq; aq̃ calida íſerẽda ẽ.Itẽ tubercula ẽt q̃ phymata græci uocãt circa glãdẽ oriunẗ.Ariſtoteles & galenus alter maximus philoſophoꝝ alter nobiliſſimus medicoꝝ.βάλανον appellãt græco uocabulo notiſſimo:qđ ſignificat glãdẽ.ẽ ãt pría ps uirilis pœnis.ſic.n.honos auribus præfandus ẽ.mẽtula uocaẗ.Ariſtoteles í.i.de aíalibus:ita pdidit. maris pœnis poſtremo thorace ppendens pte ſui pría carne ppemodũq; cõſtãs & ineq̃bili facie turbinata: nomẽ a glãde ps hæc mutata eſt.Igiẗ mordax ſine fine Martialis uolẽs intelligi pueꝝ noíe ſcđm fuiſſe paticũ & emaſculatoribus ad obſcœnã libidinẽ freq̃nter morigeꝝ feſtiuiter ſimul & ſalſe dixit eũ hr̃e nates glãde paſtas:tanq̃ ſubactione illa ppoſtera concubini.ueluti cibo nates paſcerenẗ.& in hoc toto epigrammate epigrammatiſq; ſenſu explicando cecutit interpres:cum ſnía poetæ laſciuiẽtis ſit referenda ad delicias puerorum multiformes nequitiaſq; diſſimiles:& faſtus amabiles:& moroſitatem illicibilem:quæ omnia malle ſeſe ait poeta in ſodalitate puerili:q̃ dotes dapſiles in uxoria contubernalitate.

Glans uirilitatis

Verſus lucretii explicatus de lampade curſoria & de ſicyoniis calciamentis.

Caput octauumdecimum.

Lucretius li.ii.de reꝝ natura ſic ait:& q̃ſi curſores uitai lãpada tradũt:cũ ſignificare uellet mortaliũ eẽ pretuã ſucceſſionẽ uiciſſimq; prios a ſecũdis.ſecũdos a tertiis.& ita deiceps ípelli & urgeri.ẽ aũt trãſlatio ſũpta a curſoribus:q ex pmethei conſuetudine:ut docet Higinus:íſtituerũt currere lãpadẽ iactãtes:quã prius curſu defatigatus.ſcđo ítegro tradebat:cuius rei mentio quoq; fit li.iiii.rethoricoꝝ ad herẽniũ.ubi tradiẗ nõ illũ in paleſtra:q tedas ardẽtes accepit celeriorem eẽ in curſu cõtinuo q̃ ſit ille qui tradit.ppterea qđ defatigatus curſu integro facem tradit.in hunc ſenſum tranſlatione q̃dã oppido q̃ decenti dictum eſt a pſio.

Lãpada primus tradit ſecundo

Qui priores cur me in decurſu lampada poſcis.

Mar.quoq; Varro ſciciſſime dixit in.iii.de re ruſtica:nō curſu lampada tibi trado:ſignificās puerbialiter nō tibi cædo:uel ꝑ cōtrariū nō ſum te ſupior.Herodotus li.viii.hiſtoriaꝝ refert curſores pſaꝝ pniciſſimos primū ſecūdo ſecūdū tertio.& ita deinceps alium alimādata tradere ſolitos:quemadmodum inquit apud græcos fax tradit.quā uulcano ꝑ uices ferre curſor pſeuerāt.& qm̄ Lucretii mētio facta ē enodemus illud quoq; uelut in tranſcurſu uocabulum:quod ab eo poſitum eſt libro quarto de rerum natura.

Vnguenta & pulchra in pedibus ſicyonia rident.

Sicyonia

Vbi ſicyonia ſignificantur calciamenta muliebria atq; amatoria delicatioraq;:& effœminatis tantum cōgruentia:de quibus ait lucillius.

Et pedibus læua ſicyonia demit honeſta.

De quibus.M.T.in.i.de oratore ſic refert:ut ſi mihi calceos ſycionios attuliſſes:non uterer quanuis eſſent habiles & apti ad pedem:quia non eſſent uiriles:ſed de lucretii locis obſcurioribus alibi plura.cū eius poemata adeo mendoſa circunferantur:ut non lita multis luminibus ingenii uideri poſſint:ſicut.Q .Ciceroni uidebantur.ſed oblita tenebris errorum præſcatentibus.

Lapſum eſſe idiligenter īterpretem plutarchi apophthegmaton ſuper λήμην τοῦ πειραιῶς.i.lepitudine pirei.

Caput undeuigeſimum.

Plutarchus cheronēſis:in apophthegmatis.de pericle athenieſi ſic ait.ἐκέλευσε δὲ τοὺς ἀθηναίους τὴν αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ πειραιῶς.īterꝑs plutarchi hō græce latiæq; līguæ oppido q̄ pituſ & callēs.ita īterp̄tat:iuſſerat aūt athenieſes eginā q̄ſi pirei portū exiſtimarēt ac tuerēt:demiror uiꝝ aliogn græcatiorē dediſſe id īterpretamētū.qđ penitus cōtrariū eſt a ſenſu uerbiſq; græci ſcriptoris:q̄ nos ita latia

Egia lippitudo pirei

fecimus.iuſſerat aūt athenieſes eginā q̄ſi pirei leppitudinē auferre.hoc eſt ueꝝ græcoꝝ uerboꝝ interpretamētū:& ſenſus ex hiſtoria ductus.nā ꝑicles ſuadere uolebat athenieſibus:ut eginā inſulā delerēt & e medio tollerēt:ꝑinde ac lippitudinē labēq; pirei athenieſiū portus:a quo.xii.milibus paſſuū abeſt.hoc apte demōſtrat idē Plu.in uita ꝑiclis:cū ait.eginā ueluti pirei lippitudinē delēdā cēſuit.īpreſſi codices mēdoſi ſunt.ī qbus ꝓ lippitudinē legit lippedinē.potuit fortaſſis īterꝑs labi ex īcuria uicinitateq; græcaꝝ dictionū: nā ap græcos.λιμὴν eſt & λήμη.ꝓnūciatu q̄dē nō lōge diſtātes inter ſe dictiōes:ſcriptiōe uero & ſignificatu multū diſſidētes.λήμη.n.fœminino gn̄e ſignificat lippitudinē oculariā:ſcribiturq; ꝑ.η.λιμὴν uero maſculino gn̄e dr̄ portus:& ꝑ iota ſcribit.ſed in codicibus plutarchi græcis ſcriptum eſt.λήμη q̄ eſt lippitudo hoc eſt lippitudo ꝑ.η.non λιμένα hoc eſt portū ꝑ iota.p̄terea qs neſcit.ἀφαιρεῖν apud græcos accipi ꝓ auferr nō ꝓ tutari.plura dicere qbus hoc nr̄um tuear ſupſedeo:ipſa enim ſunt ꝑ ſeſe ſatis opinor euidētia.& quod ab interprete dicitur.& quod a nobis:quæ penſitanda diiudicandaq; candidis lectoribus permitto.

Erratum alterum eiuſdem interpretis ſup īmolatione filioꝝ:quos ſaturno ſacrificāt carthaginenſes.

Caput Vigeſimum.

Idē plutarchi īterꝑs ſic ī latinū uertit apophthema illud.Zelo tyrānus.quo tp̄e carthaginēſes ad himerā debellauit.pacē cū his acturus coegit fœderibꝰ īſcriberēt:for ut ēt filii a pſtādis ſaturno ſacrificiis qeſcerēt hæc nouiſſima apophthegmatis ꝑticula.nō uidet ſatis fideliter ſinceriterq; expreſiſſe atq; explicaſſe uerba græca Plu.q̄ ideo ſubſcripſimus:ut docti diſpiciāt utꝝ laude digna ſit an repr̄nſiōe nr̄a hæc curioſitas.ad q̄ nos unica īpellit utilitas iuuādi fouendiq; ꝓ uirili ꝑte ſtudia ſcolaſticoꝝ uerba Plu.hæc ſūt.ἠνάγκασεν ἐγγράψαι ταῖς ὁμολογίαις.ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῷ κρόνῳ καταθύοντες.i.ut nos īterpretamur.coegit īſcribere ī fœderibus.q; ceſſarēt īmolare filios ſaturno.hoc uerba ipa ſignificāt: hoc expoſcit

Saturno filii imolabantur

fides hiſtoriæ carthaginēſiū:q ſoliti erāt īmolare hoſtias hūanas ſaturno:excellētioreſq; ex filiis uictiare : q cū oli eēnt obſeſſi ab agatocle rege ſiculoꝝ ſaturnū iratū ſibi eſſe rati ſunt:qđ loco liberoꝝ īfantibus clam emptis atq; educatis ſacrificaſſent:itaq; ut diligētius ad piaculum ſoluerēt deūq; cōplacarēt ducētos nobilium filios publice īmolauerunt.ſicuti Lactātius ī prio Euſebius in quarto præparationis euangelicæ & diodorus in.xx.bibliothecæ.prodiderunt hinc ſilius Italicus in quarto punicorum ſic cecinit.

Mos fuit in populis:quos conuenit aduena dido.
Infandum dictu paruos imponere natos.
Poſcere cæde deos ueniam:ac flagrantibus aris.

Quid inibi ſubdidit filiū hānibalis noīe aſparē fuiſſe ſorte adiudicatū huic īfando ſacrificio:igitur ut ad rē redeā ſenſumq; plutarchi explicē.zelo tyrannus pacem cū deuictis carthaginēſibus fecit his cōditiōibus ne in poſteꝝ īmolarēt filios ſaturno:ut ita a ſacrificio ſanguīario plenoq; īhumanæ crudelitatis abducerentur:& hæc eſt plutarchi ſn̄ia ueraq; īterpretatio:quod & uerba ipſa demonſtrant:ſi circunſpectius penſitati uſq; perpendantur:cum īterpretis īterpretamentum ſit deuium ab hiſtoriæ fide & a ſenſus elegantia.

Inſcite eundem deerraſſe ſuper interpretamento thericlioꝝ:inibiq; conſideratus perpenſuſq; non in diligenter locus ex Cæſaris commentariis.

Caput nouiſſimum.

Ap̄ eūdē plutarchi īterp̄tē.ī apophthegmatis rōanoꝝ:ubi de ſcipiōe emiliāo diſſerit ſic ſcriptū legius.cū mēmii cuiuſdā tribūi militū iumēta cōprēdiſſet:q̄ lapideas pulues & uitrea pocula deportarēt:qđ īterꝑs dixit lapideas pelues & uitrea pocula.græcus ſcriptor ait. ψυκτῆρας λιθοκολλήτους καὶ θηρικλεία:q̄ uerba græca nequaq̄ adamuſſim cōgruūt cū latio īterp̄tamēto:neq; hoc ſenſiſſe ur̄ Plu.q uoluit ſignificare memmiū fuiſſe caſtigatū īcrepitūq; acriter a ſcipiōe:q; ī uſu caſtrenſi haberet uaſa p̄cioſa & delicata:mīmeq; di-

ſciplinæ militari conuenientia.lapideæ autem pelues & uaſa uitrea non ſunt digna caſtigatione cenſoria:cũ non ſint aliena a parſimonia frugalitateq; priſcorum cũq; ut dicere ſolebat Gallienus:imperator:nihil ſit uitro cõius.quo circa ita meo periculo interpretaberis.ψύκτηρασ διαλίθουσ καὶ θηρίκλεια.i.uaſa gémata & thericlia:διάλιθοσ.n.græce gemmatus dicitur thericlia uero ſunt uaſa potoria delicatiora a thericle artifice celeberrimo nominata:de quo eſt illud plinianum ex lib.xvi.celebratur & thericles nomine.calices ex therebĩtho ſolitus facere torno.de thericliis poculis utpote precioſis ſic refert phalaris in epiſtola ad polycletum.miſi ad te puri auri phialas quattuor.crateres argenteos non noſtri temporis artificii duos. poculorum thericliorum paria decem.de thericliis mentio ab eodem pli.habita eſt in uita Alexãdri.ex hoc thericliorum ſignificatu exiſtimo corrigendum eſſe locum apud cæſarem:in cuius.iii.ciuilis belli pompeiãi cõmentario ſic legitur.in caſtris pompeii uidere licuit trichilas ſtratas:opinor irrepſiſſe mẽdum:emẽdandũq; pro trichilas ſtratas.thericlia ſtrata.ut ſit ſenſus thericlia pocula quæ erant precioſa celebrataq; : uiſa fuiſſe ſtrata atq; iacentia paſſim in caſtris pompeianis:& ſi ſcio trichilas exponi ſolere pro abacis mẽſiſq; potoriis ueluti habẽtibus trialabra & triplices margines:in quibus uaſa more aulico gradatim diſponi collocarique conſueuerunt:ſed iam receptui canendum eſt ne modum excedat appendix:quæ non contenta latialiter diſertaſſe:etiam non nihil atticiſſauit.iam pauſa facienda eſt & animus ocio refouendus: ut mox uegetior alacriorq; reſurgat ad excudenda id genus annotamenta longe uberiora:quæ ſucciſſiuis temporibus cõdimus mox in tempore depropturi.meditor enim pro uirili parte agere negocium poſterorum: ſuccurrere heſitantibus litteratoribus.prodeſſe ſcholaſticis:non minus prouincialibus q̃ Italicis:qui auditoriũ meum frequentiſſimi quotidie ſtipant.meq; peramanter obſeruant.ſed cum aurium ſenſus ſit faſtidioſiſſimus iam uale inclyte Hannibal bentiuole:& quicquid eſt iſtud quantulumcunq; eſt boni conſule & ama præceptorem:qui non ſolum te pie diligit ut alumnum:ſed & reuerenter colit ut patronum.

Ad Lectorem.

Lector candide offendes opinor interdum offendicula & moramenta quædam in commentariis noſtris ex immutatione tranſmutationeue litterarum ac ſyllabarum nonnunquam ex inuerſione dictionum.quos errores minutulos quidem & cognobiles non creditori aſcribas quæſo ſed impreſſori:uix enim fieri poteſt ut opere in magno non interueniant huiuſmodi labeculæ:præfuerunt recognitioni ſcholaſtici duo eruditi qui elaborauerunt:ut emendati ſinceriq; commentarii ex officia impreſſoris depromerentur.ſi quid erit mendoſum:id igitur impreſſori aſcribas obſecro. Vale & perlege.

Ioannes baptiſta pius bononienſis ad librum
I liber annibalis genio ſuffultus & aura
Nec tu naſutum rhinocerota time.
Inuidia dictiloquo poterit magis eſſe philippo
Quam fieri poſſit æmula poſteritas.

Vgerii pontre: Tetraſticon
Venerit unde tibi hic ſi forte requiris
Crede mihi cœlo nobile uenit opus
Viuet in æternum uiuet tua fama philippe
Poſt cineres uirtus uiuere ſola facit.

Commentaria Philippi Beroaldi necnon Marci Antonii Sabellici in Suetonium Tranquillum Fœliciter Venetiis exacta. Per Ioánem Rubeum Vercellẽſem Anno domini .M.CCCCCVI.Die.VIII. Ianuarii.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

aa ii a iiii b iiii c iiii d iiii e iiii f iiii g iiii h iiii i iiii k iiii l iiii m iiii n iiii
o iiii p iiii q iiii r iiii ſ iiii t iiii u iiii x iiii y iiii z iiii & iiii ꝯ iiii ꝶ iiii A iiii
B iiii C iiii D iiii E iiii F iiii G iiii H iiii I iiii K iiii L iiii M iiii N iiii O iiii
P iiii Q iiii R iiii S iiii T iii. In ſumma quaterni .xxxyi. carta .i.

2774-252

8696